Gramen &c. Moris. hist. 3. f. 7. tab. 3. f. 17.

In Virginia 24.

Culmi pedal. Fol. semipedal. conferta, ensiform. lævia, margine scabriusc. Bract. parva, subulata, e singulis alis. Pedunc. filiform. Spica ovata.

30. *denudatus*. C. culmo triquetro: involuc. subnullo. *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl.*

Ad cap. b. Spei.

Culm. 2-pedal. vagina unica in medio culmi. Umbel. composita, non multum expansa. Spicæ oblong. purpurasc. carina viridi, apice patentiusc.

31. *distans*. C. culmo triquetro, nudo; umbella supradecompos. foliosa: spicis alternis, filiformibus, floscul. distantibus. *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl. Rotboel. desc. pl. tab. 10.*

In Malabaria.

Culm. 2-ped. ad medium foliosi.

32. *pannonicus*. C. culmo triquetro : spicis sessilibus : glumis lateralibus, sphaecelatis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl. Jacq. H. 3. tab. 6.*

In Hungaria.

Planta glabra, & nitida. Cespes densiss. Involuc. foliol. 2-raro 3. inæqualia. Spiculæ ovat-oblong. umbellatim sessiles, obtusæ, compressæ. Sem. late ovata, compressa.

mucronatus. C. culmo nudo, vaginato, triquetro : involuc. 1-phyl. strato : spicis subternis, sessilibus. *Rottboel. desc. pl. l. 1. tab. 8. f. 4.*

Culmi pl. ped. vagina ferruginea. Spicæ raro solitar. oblong. sed numero variæ, sæpius 2-7 aggregatæ, frequenter ternæ, dense imbricatæ, squamis coriaceis, ovat. obtusis, nitidis.

Simil. C. lævigato; differt teneritudine ma. defectu involuc. infimi: spicarum longe minore numero.

dubius. C. culmo triquetro, setaceo : capitul. terminali : involuc. longiss. 4-phyl. *Rottboel. descr. pl. l. 1. n. 22.*

Culm. pl. palmar. erecti. Fol. linear. striata, carinata, mollia. Capitul. solitar. spicis innumeris glomeratum. Spicæ parvæ, lineari-lanc. compressæ, distichæ, imbricatæ, squamis compressis, ovatis, obtusiss.

eruentus. C. culmo triquetro : involuc. polyphyl. longo : umbella simplici, spicis conglomeratis : flosc. sulcato-punctatis. *Rottboel. descr. pl. l. 1. n. 23.*

Culm. aggregati, ad basin bulbosi, inferne vaginis albidis obsiti. Fol. sub 6 longiss. linear. striata, carinata, conduplicata. Involuc. folia 5-plura, patentia : partiale nullum. Capitulum centrale, sessile, cinctum radiis paucis, patentibus, glomere spicarum terminatis. Spicæ distichæ, lanceol. acutæ, torosæ, 4. circiter lineas longæ, coloris testacei, imbricatæ, squamis alternis, membranaceis.

conglomeratus. C. culmis subtriquetris : fol. sesquipedalibus, fasciculat. strictiss. canalicul. capitulo terminali, paniculato, 3-phyl. *Rottboel. descr. pl. l. 1. tab. 13. f. 7.*

Culmi fasciculati, torti. Fol. glauca, vaginis

nigro-purpur. Capituli umbellul. central. sessiles; laterales breviter pedicellatæ. Spicæ ovato-lanc. distichæ, dense imbricatæ, squamis membranaceis, glaucis, vel gryseis, cum purpura mixta.

effusus.

C. culmo tereti, subligneo: umbella rara: spicis conglomeratis: involuc. subulato, 3-phyll. *Rottboel. descr. pl. l. 1. tab. 12. f. 3.*

Culmi apex pulverulentus, albus. Involuc. universale inæquale: partiale foliolo ovato, basin radiorum obvolvente. Capitulum solitar. sessile, spicis divaricatis glomeratum; interdum præter hoc, 2-3. lateralia. Spicæ longiores, distichæ, oblon-lanceol. squamis subpubescen. col. grylei, cum purpura mixta.

Jeminicus.

C. culmo triquetro, incurvo, basi bulboso: fol. fasciculat. setaceis: umbella simpliciss. spicis conglomeratis. *Rottboel. descr. pl. l. 1. tab. 8. f. 1.*

Radix bulbosa. Culm. palmar. super. parte nudus. Fol. ferruginea. Involuc. universale diphyll. umbella paulo longius, partial. squamæ lanceol-acumin. ad ortum spicarum. Umbel. 3-4 rad., cum umbellula intermedia 1-2. Spicæ vix uncial. lineares, distichæ, compressæ.

sphacelatus.

C. culmo triquetro: umbella simpliciss. spicis alternis, linearibus, compressis: floscul. margine sphacelatis. *Rottboel. descr. pl. l. 1. n. 32.*

Radix bulbosa. Fol. radical. 5-plura, linear. glauca. Culm. pedal. Involuc. universale foliol. 3. linearibus, patentibus, umbella longioribus, partiale, squamæ lineari-setaceæ ad pedicellorum ortum. Umbel. radii pauci, 2-3, sesquiunc. cum umbellula una, alterave intermedia. Spicæ 4. lineas longæ, linear. distichæ, imbricatæ, complanatæ.

tuberosus.

C. culmo triquetro, basi folioso, involuc. 3-phyl. umbella composita; spicis lanceol. teretiufcul. *Rottboel. descr. pl. l. 1. tab. 7. f. 1.*

Radix tuberosa, fusca, vel ferruginea. Culm. 2-ped. testaceus. fusco-maculatus. Fol. 4-5 alterna, longiss. lanceol. glauca, margine, & carina scabra. Involuc. universale foliol. 3 inæqualibus, maximo umbella duplo-triplo longiore: partiale, bractæ setaceæ ad divisionem paniculæ,

& ad fl. exortum. Umbel. radii 4-5 inæquales, sub-2-unc. cum umbellulis centralibus. Spicæ, semiunc. alternæ, lanceol. crassæ, distichæ, imbricatæ, squamis dilute ferrugineis, marginibus membranac. albidis.

tenuiflorus.

C. culmo triquetro: fol. linearibus, umbella decomposita: spicul. linearibus, angustiss. acutis. *Rottboel. descr. pl. l. I. tab. 14. f. 1.*

Culm. tenuis, ad basin foliosus. Fol. margine revoluta, flavescencia. Involuc. universale foliol. 3-4. inæqualibus, quorum maximum umbella duplo circiter longius: parziale fol. lanceol-acuto, umbellæ divisionibus subiecto. Umbel. radii 7-pl. 1-2. unc. inæqual. cum umbell. centrali. Spicæ 5-7. lineas longæ, alternæ, imbricatæ, nitidæ, obscure purpur.

Pangorei.

C. culmo triquetro: involuc. 3-phyl. umbella universali decomposita; partialibus sub 3-fid. spicis alternis; filiformibus. *Rottboel. descr. pl. l. I. tab. 7. f. 3.*

Culm. sesquiped. & ultra, fungosus, fusco-maculat. Involuc. universale foliol. 3. linearibus, glaucis; tertium dimidio brevius: parziale, squamula ovat-lanceol. ad pedicellorum, & spicarum ortum. Umbellulæ central. 1-2. sessil: cæteræ radiis pl. inæqualibus, uncial. patentissim. apice sub 3-fid. Spicæ sesquiunc. alternæ, distichæ, linear. Squamæ ferrugin. cum, carina, & margine pallidiore.

fastigiatus.

C. culmo triquetro: umbella decomposita; pedunc. longiss. filiformibus, sexquinquefid. spicis pl. linearibus, sparsis. *Rottboel. descr. pl. l. I. n. 41.*

Culm. glaucus. Involuc. universale foliol. 6. margine, & carina aculeata; maximo umbella 2-3. duplo longiore; parziale foliol. 2. fetaceis ad divisionem peduncul. Umbella universalis ex pedunc. 10. inæqualibus, filiformibus (quorum longiss. palmar. & ultra) minimi, vix uncial. Umbellæ partial. sessil. pedicel. subquinis, capillaribus. Spicæ C. longi similes.

Surinamensis.

C. culmo triquetro, nudo: umbella decomposita: spicis obl-ovatis, glomeratis, mucronibus incumbentibus. *Rottboel. descr. pl. l. I. tab. 6. f. 5.*

Culm. plusquam pedal. flaccidus, striatus. Involuc. universale 3-phyll. lineare; parziale, squama lanceol. concava, spicis subiecta. Umbellæ pedunc. plurimi, 16. inæquales: umbella partialis brevis, nuda; pedicelli 4-5. breviss. inæqual. reflexi; singuli glomere spicarum densissimo terminati. Capitula 1-2. in centro umbellarum, sessilia. Spicæ obl. ovatæ, sub 2-unc. distichæ, dense imbricatæ.

alopecuroides. C. culmo triquetro: umbella supradecomposita: spicis digitat. oblon. spicul. confertiss. erectis, imbricatis. *Rottboel. descr. pl. l. I. tab. 8. f. 2.*

Culm. crassus, striatus, supra nudus. Involuc. universale inæquale, sub 5-phyll. Fol. lanceol. sulcata, revoluta, rugosa, margine lævia, extrema umbella 2-3. longiora, interioribus eadem multo brevioribus. Partiale fol. lanceol-linearibus, 3-4. acutiss. inæqualibus, ad divisionem peduncul. umbellulis, quibus breviora, subiectis. Umbellæ radii 8. patentes, extimi palmar. & ultra, intimi sensim breviores. Spicæ fere 2-unc. sessiles, ad basin bractea lineari suffultæ. Spicæ paucæ in centro umbellæ.

polystachios. C. culmo triquetro: involuc. polyphyl: panicula terminali, subsess. ramosiss: spicis linearilanceol. confertissim. complanatis. *Rottboel. descr. pl. l. I. tab. II. f. I.*

Culm. 2. ped. & ultra, striatus, flavescens. Fol. ad basin plura, linear. glauca, vaginis purpurasc. Involuc. foliol. 4-6. lanceol-linearibus; quorum 2-3. panicula multo longiora. Panicula fere semicircul. Spicæ alternæ, distichæ, squamis testaceis, vel ferrugineis, margine, & carina albidis.

paniculatus. C. culmo triquetro: involuc. subæquali, 6-phyll. panicul. terminali, sessili, densiss: spicis compressis, lineari-lanceol. pauciss. *Rottboel. descr. pl. l. I. n. 53.*

Gramen Cyperoides &c. *Pluk. phytol. tab. 91. f. 3.*

Culm. spitham. striatus, ad basin fol. lanceol-linearibus dimidio brevioribus, glabris, flavescens cinctus, supra nudus. Spicæ 3. circiter lineas longæ, acutæ, complanatæ, squam.

alternis, lanceol. testaceis, carina pallide viridi.

Santonici.

C. panicul. sessilibus & peduncul: spicis linearibus: flosculis alternis, remotis, obtusiss. *Rotboel. descr. pl. l. 1. tab. 9. f. 1.*

Cyperus &c. *Scheuchz. gr. tab. 9. f. 2. Pluk. phyt. tab. 419. f. 4.*

Culm. pedäl. & ultra, triquet., debilis, supra nudus. Fol. linear. striata, mollia, margine subculeato, pallide viridia. Involuc. universale 3-phyl. inæquale, foliolo maximo pedali. Partiale, squamæ setacæ ad divisionem paniculæ. Spicæ delicatæ, alternæ, distichæ, imbricatæ, squamis distantibus, obtusissim. pallide flavis, cum carina subfusca, 3. striis picta.

In Tranquebaria.

corymbosus.

C. involucr. polyphyl: umbella supradecompos. pedunc. filiformibus, strictis, corymbosis. *Rotboel. descr. pl. l. 1. tab. 7. f. 4.*

Culm. triquet., crassus, glaucus, fusco-maculatus. Involuc. universale foliol. 4. lineari-lanc. inæqualibus, margine scabro: partiale, squamæ lineari-setacæ, ad ramificationes umbellæ. Umbella diffusa. Spicæ tenuiss. teretes, subulatæ, distichæ, 4-5. lineas longæ, imbricatæ, squamis oblong. dorso testaceis, margine albedo.

flabelliformis. C. culmo triquetro, sulcato, contorto: involuc. alternis; pedunc. axillar. folitar. terminalibus, umbellatis, corymbiferis. *Rotboel. descr. pl. l. 1. tab. 12. f. 2.*

In Arabia.

Color totius Graminis glaucus, vel castus; spicarum albus.

Involuc. polyphyllo, trifariam imbricato, flabellum referente: pedunc. axillar. folitar. continua serie intra umbellam terminalem exeuntibus, a cæteris speciebus differt.

hirsutus.

C. culm. tereti, folioso: spicis ovat. lobato-conglomerat. terminalibus: glumis mucronat. ciliatis: foliol. lineari, lobis spicæ subiecto.

Berg. Fl. cap.

Juncus hirsutus &c. Buxb. cens. 3. tab. 33.

Ad. cap. 5. Spei.

Gramen paludosum. Radix repens. Culm. pl.

- pedal. simplic. erecti, striati, hirsuto-scabri. Fol. 5-pollic. linear. basi vaginante, hirsuto-scabra, striata. Spicæ pl. obtusæ.
- gradatus*. C. culmo tereti, angulato, ad basin folioso; bracteis ad apicem pedunculis duplo longioribus, spiraliter remotis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
Culm. 2-cubital. Spicul. lanceol. compressæ, virides.
- globosus*. C. culmo triquetro, basi foliosa: spicis conglomeratis, subglobosis; spiculis convexis, viridibus, nitidis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
Culm. spitham. Spicæ umbellatæ. Spicul. congestæ, lanceolat.
- globulosus*. C. culm. triquetro, nudo: umbel. foliosa: spicis compactis, subrotundis, flavicantibus. *Aubl. Guian. Sloan. Jam. hist. I. tab. 79. f. 1.*
In Caienna.
- fastigiatus*. C. culm. triquetro, cubitali, basi foliosa: umbella foliosa; denuo umbellifera; spicis cylindricis; spicul. utrimq. convexis, flavidis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
- complanatus*. C. culmo triquetro, sesquispitham. basi foliosa: spicis subrotund: spicul. compressis, planissimis, ovat-obl. brunneis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
- ferrugineus*. C. culmo triquetro, pedali, basi foliosa: umbella foliosa: spicul. fasciculat. linearibus compresso-convexis, ferrugineis, margine viridibus, raro pedicellatis, coacervatis ad apicem pedunculi; bract. pedicellis longioribus. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
- umbellatus*. C. culm. triquetro, nudo: umbel. 2-phylla; pedunc. longiss. spicatis. *Burm. Ind. tab. 9. f. 6.*
In India.
Fol. longitudine culmi. Pedunc. inæqual. ad medium vaginantes. Spicæ capitatae, oblong. spiculæ linear. flosculis alternis.
- pygmeus*. C. culmo tereti; umbella composita, involucreta: spicis lanceolatis; glumis mucronatis. *Retz. Obs. fasc. 4.*
In Tranquebaria.
Radiculæ fasciculatæ. Fol. radical. filiform. cul-

- mo duplo longiora. Culm. vix sesquipoll. striatus. Umbella pedunculis 5-6. spicul. umbellar. 4-6. compressæ, pallidæ, medio rufo-fuscæ. Involuc. 4-phyll. umbella triplo longius.
- arenarius.* C. culmo compresso, nudo: spicis capituli glomeratis, sessilibus: involuc. sub 1-phyll. Retz. *Obs. fasc. 4.*
In India Orient.
 Radic. repentes, articulatae. Fol. filiform. nuda, 3-6. pollic. compressa; flavo-virid. Culm. e fasciculo folior. solitar. foliis non nihil altior. Spicæ 8-12. spiculæ distichæ, crassiores; squamis fuscis, albo marginatis. Involuc. capitulo longius.
- capitatus.* C. culmo subanguloso, striato, medio folioso: capitulo 3-phyll. spicis sessilibus. Retz. *Obs. fasc. 4.*
In India.
 Culm. 4-pollic. basi folium unum, vel alterum. Fol. basi multum latiora, culmo parum longiora. Capitul. globosum, spicul. lineari-oblong. Glum. imbricatae, scariosæ.
- stoloniferus.* C. culm. nudo triquetro: umbella composita, involucrata: spicul. lanceol. Retz. *Obs. fasc. 4.*
In Tranquebaria.
 Rad. bulbosa, stolones emittens. Fol. palmar. & semiped. vaginantia, linear. complicata. Culm. spitham. Umbella depauperata, umbellulam unicam sessil. tresque circiter pedunculatas habet. Involuc. sub 2-phyll.
- cinnamomeus.* C. culm. triquetro, folioso: umbella spicul. capitatis, pedunculat. sessilibusque: involuc. 5-phyll. ferrulato-scabro. Retz. *Obs. fasc. 4.*
Habitat. . . . ☉
 Caul. 3-ped. & ultra, solitar. basi foliosi, superne nudi. Fol. culmo altiora, plicata, pollicem dimidium fere lata. Capitula ovata, composita, cinnamomea. Spiculæ congestæ, compressæ, distichæ, lineares.
81. SCIRPUS. Glumæ palcacæ, undique imbricatæ. Cor. o. Sem. 1. imberbe.
 Differt a Cypero spicis non distiche imbricatis, & non complanatis, sed obæsis; & sem. fetulis circumvallato.

* *Spica unica.*

1. *trigynus.* S. culmo tereti, nudo: spica cylindrica, squamis lanceol. basi laterali membranaceis. *Syst. veg. ed. 14.*
In India Orient. 24.
Facies S. palustris. Fol. radical. copiosa, conferta, palmaria, filiform. interiore latere canaliculata, basi membrana laterali, lata, alba. Culm. spitham. enodis, striatus. Spica terminal. pollicar.
2. *mutatus.* S. culmo triquetro, nudo: spica terminali, cylindrica. *Syst. veg. ed. 14.*
In Jamaica 24.
 Similiff. *S. geniculato*, sed culm. triquet., molliusculus, nec articulatus.
3. *articulatus.* S. culmo tereti, nudiusculo, semigeniculato: capitulo laterali, glomerato. *Syst. veg. ed. 14.*
Pluk. phyt. tab. 197. f. 6.
S. fistulosus. Forsk. Ægyp. monente Vahl.
Isieli. Rheed. mal. 12. tab. 71.
In Malaburix aquosis arenosis.
 Culm. pedal. & ultra, cavus, geniculis cinctus, at non undique. Capitulum magnum, sessile, semiverticillatum. Spicæ basi turgidæ, squamis magnis, testaceo & purpur. seu ferrugin. colore variegatis.
4. *palustris.* S. culmo tereti, nudo: spica terminal. sobovata (imbricata). *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 273. Leersf. herb. tab. 1. f. 3.*
b. S. equiseti &c. Scheuchz. gr. tab. 3. f. 17.
In Europæ fossis, & inundatis.
S. acicularis Fl. Dan. tab. 167. potius Scirpum palustrem refert Mil. sed Lin. ad S. cæspitosum refert.
 Culmi cæspitosi, pedal. Fol. compressa, basi ferruginea. Spica imbricata, acuminata, squamis arcte compactis, muticis.
5. *geniculatus.* S. culmo tereti, nudo: spica terminali, oblonga. *Syst. veg. ed. 14.*
Juncus &c. Sloan. Jam. hist. 1. tab. 75. f. 2. & tab. 81. f. 3.
In Jamaica.
 Culm. vix spitham. Spica pollic. dense imbricata, squamis membrac. testaceis.
6. *cæspitosus.* S. culmo nudo, striato: spica terminali, 2-valv.

longitudine calycis; radicibus squamula inter-
stinctis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 167.*

S. montanus &c. *Scheuchz. gr. tab. 7. f. 18.*
Pluk. phyt. 40. f. 6.

Juncus &c. *Morif. hist. 3. tab. 10. f. 35.*

In Europæ paludibus cæspitosis, sylvaticis ¶.

7. *capitatus*. *S. culmo tereti, nudo, setiformi: spica termi-
nali, subglobosa. Syst. veg. ed. 14.*

In Virginia.

8. *acicularis*. *S. culmo nudo, tereti, setiformi: spica ovata,
2-valv. feminibus nudis. Syst. veg. ed. 14. Fl.
Dan. tab. 287.*

Juncellus &c. *Morif. hist. 3. f. 8. tab. 10. f. 37.*

Juncus &c. *Scheuchz. gr. tab. 7. f. 4.*

In Europa sub aquis purioribus ¶.

*Omnium minimus. Cæspitosus, mollis. Spica iu-
nior compacta; adulta disticha. Fl. 2-5. Glumæ
fuscæ, non nitentes.*

9. *fluitans*. *S. culmis alternis, nudis, teretibus: caule fo-
lioso, flaccido. Syst. veg. ed. 14.*

S. equiseti &c. *Scheuchz. gram. tab. 7. f. 20.*

Gramen &c. *Morif. hist. 3. f. 8. tab. 10. f. 31,
Pluk. alm. tab. 35. f. 1.*

In Europæ udis, & rivulis ¶.

*Culm. crebri, ad terram supini, articulati. Ra-
mi subdivisi. Fol. multa. Capitul. parvum,
squamosum, Pphyllii æmulum.*

** *Culmo tereti, polystachio.*

10. *lacustris*. *S. culmo nudo, tereti: spicis ovatis pl. pedun-
culat. terminalibus. Syst. veg. ed. 14.*

Juncus &c. *Lob. ic. 25.*

In Europæ aquis puris stagnantib. & fluviantib. ¶.

*In lacubus altitudo hñna. Culm. sæpe solitar. simpl.
fungosus, mollis, ad terram vaginosus. Fol.
similia. Stipulæ sub panicula, & sub ramis
lanceol. aristatæ, siccæ. Spicul. squamæ 2-
fidæ. Glumæ, & locustæ Cinnamæi col. Sem.
3-gon. Nimia aquæ copia culmis destituitur &
fol. producuntur. Datur var. humilior.*

11. *holoschæ-
nus*. *S. culmo nudo, tereti: spicis subglobosis glo-
meratis: involucr. inæquali, 2-phyl. mucro-
nato. Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 454.
Pluk. phyt. tab. 4.*

Scirpoides &c. *Scheuchz. gram. tab. 8. f. 2. 3. 4. 5.*

In Europa australi ¶.

Culm. ad basin alatus. Fol. teretia. Vaginarum margines lacero-ciliati.

12. *australis*. S. culmo nudo, tereti: capitulo laterali, bractea reflexa: fol. canaliculatis. *Syst. veg. ed. 14.*

Habitat.

Simill. S. *romano*, sed foliol. seu culmis sterilibus binis, erectis, læviter canaliculatis, nec teretibus, basi vaginantibus, margine scarioso. Culmi vix ped. læves, supra capitulum apice erecto, sed canaliculato. Capitul. sessile, conglobatum, rotundatum, obtusum, ferrugin. valvulis imbricat. apice sub 3-lob. obtusis, lobis lateralibus apice fuscis.

13. *romanus*. S. culmo nudo, tereti: capitulo laterali, conglobato; bract. reflexa. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. tab. 448. Barr. rar. tab. 255. f. 3.*

h. Juncus &c. Pluk. alm. tab. 40. f. 5.

Culm. cespitosi, 1-3. ped. f. crassitie: in S. holoschoeno crassi ut in S. *lacustri*, & apice pungentes. Fol. semiteretia. Vaginæ fulcæ, nitidæ. Capitul. subfuscum, inter 2. involuc. foliola, unum longiss. alterum brevius.

14. *setaceus*. S. culmo nudo, setaceo: spica terminali, sessili. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 311. Leers. Herborn. tab. 1. f. 6.*

Juncellus &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 10. f. 23.

In Europæ litoribus maritimis, ad stagna &c. 24.

Culmi cespitosi, digital. & ultra, crassitie fol. Fol. setacea. Spica lentis magnitudine, 1-raro 3. oblong. fusco-rubra, squama infima subulata, longitudine spicæ.

Tenuitate, & magnitudine culmi; longitudine involuc. numero, & crassitie, spicarum; ratione ætatis, & soli admodum variat.

15. *supinus*. S. culmo nudo, tereti: spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. *Syst. veg. ed. 14.*

Parisis.

Planta minima, supina. Fol. rotundo-teretia.

16. *autumnalis*. S. culmo ancipiti, nudo: umbella decomposita; spiculis ovatis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Virginia.

Facies Junci pilosi. Fol. radical. laxa, nonnihil scabra, sæpe culmi longitudine. Culmi palm. compressi, altero latere subcarinati. Involuc. terminal. 2-phyll. fol. simile, umbella

fere longius. Umbel. patula, inæqual. Pedunc. sæpius spicis 3. Spicæ squamis ovat. ferrugineis, carina viridi, vix mucronatis.

17 *capillaris*. S. culmo nudo, capillari: spicis pedunculat. intermedia sessili. *Syst. veg. ed. 14.*

S. tristachyos. *Rottbæll. descr. pl. 1. 1. tab. 13. f. 4.*

Gramen &c. *Burm. Zeyl. tab. 47. f. 2.*

In Virginia, Æthiopia, Zeylona.

Fol. capillaria, vix digitalia. Culmi vix fol. longiores. Foliol. setaceum sub umbella, spicis longius. Spicæ terminal. 3. ovatae, squamis ferrugin. carina viridi, obtusis.

18. *tristachyos*. S. culmo nudo, setaceo: spicis, (sub) ternis, sessilibus; involucr. 2-phylo, setaceo. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Rottb. gram. tab. 13. f. 4.*

Ad cap. b. Spei.

Fol. & culmi setacei, glaberrimi. Capitulum laterale, mox infra apicem culmi, ex spicis 3 ad 7. *Variat magnitudine. Simil. S. capillari, sed spicæ non pedunculatae; forte illius var.*

19. *globiferus*. S. culmo nudo, tereti: umbel. terminali, composita: capitul. globosis ex pl. spiculis arcte congestis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In Teneriffa.

Culm. glaberrimus, terminatus spatha breviss. 2-phyll; foliol. æqualibus. subulatis, mucronatis. Hi globuli circa basin emittunt novos radios globiferos, iterum dividendos.

20. *trispicatus*. S. culmo angulato, seu sulcato, nudo: spicis terminalibus, ternis, sessilibus, nudis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In Africa.

Culm. pl. 1-2. pedal. glaberrimi. Fol. vix ulla, nisi squamæ radical. ferrugin. Spicul. parvæ, oblong. erectæ, æquales. Involuc. polyphyl. fol. breviss. subulatis.

*** *Culmo triquetro, Panicula nuda.*

21. *triqueter*. S. culmo triquetro, nudo: spicis subsessilibus, pedunculatisqu. mucronem æquantibus. *Syst. veg. ed. 14.*

Juncus &c. Pluk. alm. tab. 40. f. 2.

In Europa australi, locis paludosis.

Culmus angulis planis, nec excavatis.

22. *mucronatus*. S. culmo triangulo, nudo, acuminato: spicis sessilibus, conglomeratis, lateralibus. *Syst. veg. ed. 14,*

Scirpo-cyperus &c. Scheuchz. gram. tab. 9. f. 14.

Juncus &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 10. f. 20.

Pluk. alm. tab. 40. f. 1. 3.

In Europæ, & Virginiae stagnis, & locis maritimis ¶.

Culm. 1-2. ped. tricarinati, angulis compressis, glauci. Pedunc. simplic. aut ramosi, 4-6 fl. Stipula brevis, spathacea, mucronata. Spicæ ferrugineæ. Mucro fl. multo longior, ad latus reflexus. Setæ ad basin feminis.

23. *grossus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella supradecomposita: spicis pedicellatis; involuc. longiss. subulato, lanceol. 3-phyll. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In India.

Similis S. miliaceo, sed magnitudine, & crassitie valde differt.

Culm. orgyal. erectus, glaberrim. Fol. radicata, lanceol. glaberrima, subverrucosa. Spicul. ovata, ferrugineæ.

24. *dichotomus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella decomposita: spicis dichotomiæ sessilibus. *Syst. veg. ed. 14. Rottboel. descr. pl. 1. 1. tab. 13. f. 1.*

S. bifumbellatus Forsk. Ægyp. monente Vahl.

Gramen &c. Pluk. alm. tab. 119. f. 3.

In India.

Culmi digital. Fol. in cespitem congesta, plana, hirsuta. Involuc. 2-phyll. longitudine umbellæ. Radii interior. breves. *Var. culm. 2-ped. Umbel. magna diffusa, ramosiss.*

25. *echinatus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella simplici: spicis ovatis. *Syst. veg. ed. 14.*

Gramen &c. Pluk. alm. tab. 91. f. 4.

In India utraque.

Culm. spitham. Invol. longum, 4-5. phyll. Spicæ 8. pedunc. propriis, tamquam in umbella, solitariae.

26. *retrofractus*. S. culmo triquetro, umbel. simplici; spicarum flosculis retrofractis. *Syst. veg. ed. 14.*

Cyperus &c. Pluk. phyt. 455. f. 4.

In Virginia ¶.

27. *far-*

27. *ferrugineus*. S. culmo triquetro, subnudo; involuc. longitudine paniculæ, ciliatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Schoenus polymorphus. Rottboel. descr. pl. 1. 1. p. 67.
Gramen &c. Sloan. Jam. hist. 1. tab. 77. f. 2.
In Jamaica paludibus maritimis.
 Culm. 2-ped. striatus, flavescens. Squamæ coriaceæ, concavæ, fusco-maculatæ, basi culmum ambientes. Umbel. terminalis, decomposita, cum spica intermedia sessili. Radii 3-4. triquetri, inæqual. Spicæ solitar. oblong. ovatæ, ferrugineæ, magnitudine variæ.
28. *spadiceus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella subnuda: spicis sessilibus, terminalibus, oblongis. *Syst. veg. ed. 14.*
Gramen &c. Sloan. Jam. hist. 1. tab. 76. f. 2.
In Jamaica fluviis.
 Pedunc. longi, terminal. Paniculæ pl. sparsæ, parvis foliol. instructæ. Nonnulli pediculi sunt floriferi. Spicæ oblongo-rotundæ, spadiceæ.
 **** *Culmo triquetro, Panicula foliacea.*
29. *miliaceus*. S. culmo triquetro, nudo: umbel. supradecomposita; spicis intermediis sessilibus: involuc. setaceo. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Ind. tab. 9. f. 2. Rottboel. descr. pl. 1. 1. tab. 5. f. 2.*
In India.
 Culmi plurimi, semiped. simpl. læves. Fol. graminea, basin culmi obvestientia, lævia. Umbel. diffusa, laxa. Spicæ ovatæ, minutissimæ, ut sem. Milii.
30. *cyperoides*. S. culm. triquetro, nudo: umbell. simpl. spicul. oblong. floscul. subulat. 1-fl. reflexis. *Syst. veg. ed. 14.*
Kyllinga umbellata. Rottboel. descr. pl. 1. 1. tab. 4. f. 2.
Koll-pullu. H. Mal. 12. tab. 63.
In India Orient. 4.
 Facies Cyperi strigosi, seu Scirpi retrofracti, sed flosculi laxi, reflexi. Fol. graminea, carinata. Culmi pedal. læves. Involuc. polyphyl. umbella longius, foliol. gramineis. Umbel. inæqual. Spicæ plurimæ, pedunculat. obtusæ; squamis calycin. convolutis, imbricatis.
31. *maritimus*. S. culmo triquetro: panicula conglobata, folia-

cea: spicularum squamis 3-fid. intermedia subulata. *Syst. veg. ed. 14. Scheuchz. gram. tab. 9. f. 9. 10.*

In Europæ litoribus maritimis, & locis arenosis inundatis ¶.

Culm. ped. in aquis 3-4 ped. Fol. recta, acuta, plana, pulpota. Spicæ plerumq. peduncul. oblong. ferrugineæ, obesæ, tubis, & filamentis rectæ. Sem. fetis obtusum. *In aquis omnia altiora, maiora,*

32. *luxulæ*. S. culmo triquetro, nudo: umbella foliosa, proli-
fera, spiculis subrotun. *Syst. veg. ed. 14.*

Gramen &c. Pluk. munt. tab. 417, f. 3.

In India.

Culm. plusquam ped. lævis. Involuc. universale polyphyll. f. l. ensiformibus, umbella longioribus. Partial. vix ullum, nisi seta breviss. Umbellæ intermediæ brevissimæ.

33. *sylvaticus*. S. culmo triquetro, folioso: umbel. foliacea; pedunc. nudis, supradecomposit. spicis confertis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 307. Leers herborn. tab. 1, f. 4.*

Cyperus &c. Moris. hist. 3. tab. 11. f. 15.

Gramen &c. Loef. pruss. tab. 33.

In Europæ sylvis humentibus, secus lucus, flumina ¶.

Culm. 1-2 ped. Fol. planiuscula, margine, & carina asperissima; florale unicum maximum, paniculam superans. Stipulæ foliatæ, longæ, mucronatæ. Pedunc. inæqual. Panic. sparsa, nigricans. Spicæ ovatæ. Semen inter setas positum.

34. *corymbosus*. S. culmo triquetro, folioso: corymbis lateralibus simplicibus; terminali proli-
fero: spicis subulat. *Syst. veg. ed. 14.*

Kadira pullu. H. Mal. 19. tab. 43.

In India.

Culm. 2-ped. Fol. basi vaginant. Involuc. universale corymbo longius. Spiculæ ferrugineæ.

35. *squarrosus*. S. culmo triquetro, nudo, fetaceo: spicis ternis, sessilibus, ovatis squarrosis. *Syst. veg. ed. 14. Rauh. descr. pl. tab. 17. f. 5. Pluk. phyt. tab. 350. f. 83.*

In India Orient.

Fol. radicalia, fetacea, canalicul. erecta, culmis

- breviora. Culm. palm-pedal. Involuc. terminale 2-phyll. foliol. setaceis, inæqualibus.
36. *intricatus*. S. culmo triquetro, nudo: umbel. foliosa simplici: squamis calyc. subul. recurvis. *Syst. veg. ed. 14.*
Cyperus aristatus. Rottboel. descr. pl. 1. 1. tab. 6. f. 1.
In India Orient. & ad cap. b. Spei.
 Fol. graminea, erecta, lævia. Involuc. terminale, 3-phyll. foliol. umbella longioribus. Spicæ sæpe 3. pedunculat. quarta intermedia sessili; ovato-cylind. obtusæ, fl. confertiss. horizontalibus.
37. *michelianus*. S. culmo triquetro: capitulo globoso: involuc. longo, polyphyl. *Syst. veg. ed. 14.*
Cyperus &c. Titti pis. tab. 20. f. 5.
In Italia, Monspelii, pratis &c. paludosis ☉.
 Culm. minimus, quandoque unico fol. præditus, sæpe rubescens. Involuc. 2-3. phyl. foliol. uno ma. Capitulum rubescens.
38. *ciliaris*. S. culmo triquetro, folioso: umbel. sparsis: squamis calyc. aristis ciliaris. *Syst. veg. ed. 14.*
Pluk. phyt. tab. 192. f. 4. & tab. 417. f. 6.
Rottboel. desc. pl. tab. 17. f. 1.
In India Orient. ☉.
 Culm. palm. erecti, laxi. Fol. caulina 4-5. alterna, late graminea, vaginant. laxa. Pedunc. axill. & terminal., spicis 3-5. sessilibus, in capitulum divaricatis. Spicæ ovatæ, hirtæ pilis raris. Involuc. loco sub capitulo sæpe foliol. 1-2. parva, subulata.
 ***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*
39. *hottentotus*. S. culmo triquetro, folioso: capitulo globoso, squamis calyc. linceol. hirtis. *Syst. veg. ed. 14. Rottboel. descr. pl. tab. 16. f. 4.*
Ad cap. b. Spei locis paludosis.
 Culm. 2-3-ped. stricti, læves. Fol. caulina 3. alterna, remotiss. vaginant. erecta, acuta, subcarinata, lævia. Capitulum congestum e pl. flosculorum acervis: involuc. 3-phyl. inæquali.
49. *antarcticus*. S. culmo triquetro, nudo: capitulo globoso; involuc. 1-phyl. *Syst. veg. ed. 14.*
Ad cap. b. Spei 24.
 Fol. radical. filiform. extus semiteret. intus ca-

nalicul. Culm. subpedal. filiform. Capitul. e spicis numerosis, æqualibus, sessilibus. Involuc. fetaceum, capitulo longius. Spicæ 3-fariam imbricatæ, ovatæ, triquetræ, tufce, margine pallido.

41. cephalotes. S. culmo triquetro, nudo: capitulo ovato, squaroso: involuc. 3-phyl. longo. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. H. 1. tab. 97.*

Schoenus cephalotes. Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 20. In India.

Caul. 2-3-ped. striatus, lævis. Fol. pedal. alterna, remota, lineari-lanc. margine, & carina aculeata. Capitul. ad basin brevissime paniculatum, ovatum. Calyc. imbricati, recurvati. Involuc. universale longiss. 3-4-phyl. reflexum, margine scabro.

ANNUS. S. culmo triquetro, nudo; involucro 2-phyllo: pedunculis nudis; spicis solitariis. *All. Fl. Ped. Circa lacus, & locis humidis* ☉.

Fol. linearia, striata, mollia, lævia. Culmi pl. 3-6-unc. striati. Spicæ terminales, umbellatæ. Involuc. foliola inæqualia. Spicul. ovato-acumin. quarum una in centro umbellæ; reliquæ pedunculatæ, pedunc. inæqualibus, qui aliquando proliferi. Sem. ellipticum, striatum, cinereum.

Plantaginoides. S. culmis ventricosus, sulcatis, nudis: spica terminali, cylindrico-subulata; floscul. oblong. carinatis. *Rottboel. descr. pl. l. 1. tab. 15. f. 2.* Color Graminis glauco-viridis: squamarum albidus, dorso virescens, margine testaceus. Spica 2-3-pollic.

monander. S. culm. fetaceo: involuc. longo, 3-phyll. capitulo sessili, glomerato; floscul. monandris. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 14. f. 3.*

Culmi pl. palm. triquetri, glauci. Fol. lineari-fetacea, mollia, vaginis membranac. albis. Involuc. patens, capitulo triplo longius.

argenteus. S. culmis triquetris, fetaceis: involuc. longiss. 4-phyl. spicis pl. cylindricis, in capitulum glomeratis. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 17. f. 6. H. Malab. 12. tab. 54.*

Culm. 1-4-unc. Fol. plurima, fasciculatim in cespitem congesta, imbricata, ovat-lanc. pal-

lide ferruginea, supra convoluto-subulata, striata, glauca. Squamæ argenteæ, cum striis ferrugineis.

barbatus.

S. culmo triquetro, vaginis suboppositis, ora super. barbatis: capitulo terminali, subrot. polystachio. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 17. f. 4.*

Gramen &c. *Pluk. alm. tab. 299. f. 3.*

Culm. plurimi, palm-dodrant. prostrati, fasciculati, setacei. Fol. radical. 2-3. setacea, basi vaginant. Invol. univertiale foliol. 4-5. setaceis: parziale, squama minima, ciliata, ad basin spicarum: squamæ purpur. margine albo.

nodosus.

S. culmo compresso, nodoso: capitulo glomerato, mucronato. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 8. f. 3.*

Ad cap. b. Spei.

Culm. intortus. Capitul. magnum. Spicæ ferrugineæ.

prolifer.

S. culmo tereti, nudo, compresso: capitulis glomeratis, nudis, tandem proliferis. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 17. f. 2.*

Culm. procumb. Spicæ terminal. linear-lanc. initio pauciores, dein plurimæ, imbricatæ, squamis lanceol. ferrugin. punctis coccineis intermixtis. Pedunc. vel rami pl. fasciculati, ex apice culmi inter spicas adultioris capituli prorumpentes: singuli capitulo solitar. terminati, cuius inter spicas simili ratione fasciculatim progerminat nova proles.

Dipsaceus.

S. culmis setaceis: umbel. simpl. capitul. oblong. squamosis: floscul. subulat. recurvis, diandris; germine echinato. *Rottb. descr. pl. l. 1. tab. 12. f. 1.*

Similis priori. Culm. pl. digital. triquetri, striati, supra nudi, ad basin vaginis purpurasc. foliol. breviss. terminatis, cincti, & a sociis distincti. Involuc. foliol. 3-4. basi lata, concava, apice subulata, cum capitulo intermedio sessili. Radii pauci, 2-6. breves, incurvi, triquetri. Capitula dense imbricata, squamis basi membranac. ovatis, apice recurvo.

lateralis.

S. spicis ovatis, lateralibus, pedunculat. & sessilibus. *Forsk. Ægyp.*

In Arabia.

Culm. triquet. nudus, pedul-cubital. basi foliosa. Pedunc. lateral. pollic. fasciculati, filiform.

- æquales. Spicarum squamæ ovatæ, ferrugina, margine membranac.
- Kali 3. alpini.* S. culmo tereti, foliôso: spicul. terminalib. confertis, sessilibus: involuc. longitudine foliorum. *Forskal. Ægyp.*
In Arabia.
 Radix bulbosa, repens. Culm. inarticulat. Fol. subulata, superne canaliculata, carnosocoricea.
- Scheuchzeri.* S. minimus; fol. teretibus, lineatis: spica unica, 10-fl. *Hall. Emen. & Ad. Helv. Scheuchz. gr. tab. 7. f. 1.*
In alpibus Helveticis.
- 5-florus.* S. fol. teretib.: spica unica, minima, 5-fl. *Hall. Emen. Scheuchz. tab. 7. f. 19.*
Circa Bernam.
- Haller.* S. (Mariscus) culm. tereti: fol. gramineo: capitulis lateralibus ternis, ovatis. *Hall. Helv. In fossis.*
 Culm. cespitosi. Fol. radicalia plura, unciam longa, ad sesquilineam lata. Culm. 1-4-6. unc. Fol. vaginale, fescunc. super spicam elatum, convolutum. Spica ovat-conica, etiam 2-3. crassa, semunc. longa, ad 3. lineas lata. Glumæ ovat-lanc. mucronatæ, spadiceo-virides. Sem. breve, triquetrum, cortice rugoso: villi nudi.
- glomeratus.* S. culmo nudo, teretiufcul. umbella glomerata: involuc. 2-phyl. brevi: fl. diandris. *Retz. Obs. fasc. 4.*
In Zeylona.
 Fol. radical. conferta, brevia, curvata, rigida. Culm. solitar. palm. Umbel. composita. Involucc. squamæ nonnullæ, scariosæ. Spicul. ovatæ, e squamis latis, obtusis, concavis, fuscis, albo-marginat.
- arvensis.* S. culmis compressis, striatis: umbell. simplicibus: involuc. plerumq. 1-phyl. brevi. *Retz. Obs. fasc. 4.*
In Zeylona.
 Culm. 2-ped. basi vagina fusca, 2-pollic. Fol. breve e vagina exiens. Umbel. 5-8. stachya. Raro pedunc. intermedius spicas 2. pedicellatas gerit. Spic. ovatæ, fuscæ, peduncul. e squamis lanceol. a basi sensim deciduis.

*polytrichio-
ides.*

S. culm. compressis, setaceis: spicis terminalibus, solitar. subnutantibus, monandris. *Retz. Obs. fasc. 4.*

Gramen polytrichum. Rumph. amb. 6. tab. 7. f. 1.

In Zeylona.

Rad. nigricantes. Culmi cespitosi, 4-6-pollic. Fol. breviora, filiform. Spica subovata, bracteata. Squam. ovatae, carinatae, obtusae, feriorae, apice fuscae. Stam. raro 2.

nutans.

S. culm. compresso, sub 4-gon. cudo: spica ovata, solitaria, terminali, nutante. *Retz. Obs. fasc. 4.*

Habitat Malacca.

Culm. pl. spithan. filiform. basi squamis brevibus, fuscis. Spica nuda, e spicis ovatis, subfuscis.

lateralis.

S. culmis triquetris, nudis: spicis subternis, lateralibus: involuc. 1-phyll. brevi. *Retz. Obs. fasc. 4.*

In Zeylona.

Culm. spith-pedal. filiform. basi vaginati. Fol. conformia, sed breviora. Spica una peduncul.

caribæus.

S. culmis fasciculatis, setaceis, sulcatis: spica minima, terminali, ovata. *Retz. Obs. fasc. 4. Friis Rotth. Descr. tab. 15. f. 3.*

In Zeylona.

Sem. ovato-subtriquetrum.

æstivalis.

S. culmis depressis, triquetris, nudis: umbellis compositis, involucratis: fl. monandris. *Retz. Obs. fasc. 4.*

In Zeylonæ fluviiis, fundo limoso exsiccato.

Rad. nigricantes. Culm. 3-pollic. filiform. Fol. filiform. canaliculata, hirta. Involuc. filiform. hirta, foliol. 5-8: quorum 3. umbella longiora. Involucc. brevia, capillaria. Spicul. tereti-subangulatae. Squamæ fuscae, carinatae, acuminibus divaricatis.

82. KYLLIN-
GA.

Ament. ovat. seu oblongum, imbricatum. Fl. cal. corollaq. 2-valvi.

1. *monocephala.*

K. culmo filifor. triquetro: capitulo globoso, sessili: involucr. longiss. 3-phyl. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Rotth. descr. pl. l. 1. tab. 4. f. 4.*

Schoenus coloratus. Syst. veg. ed. 13. Sloan.

TRIANDRIA MONOGYNIA.

Jam. hist. 1. tab. 78. f. 1. - Rumph. Amb. 6. tab. 3. f. 2.

In Indiis.

Radix farmentosa. Culm. pl. sesqui-2 pedal. ad radicem foliosi, supra nudi. Fol. digitalia, linearia, culmo breviora, canaliculata, aspera. Capitulum refert receptaculum Fragariæ, magnitudine Pisi.

2. *triceps.*

K. capitulis terminalibus subternis, sessilibus, glomeratis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Schoenus niveus. Syst. veg. ed. 13. Jacq. hort. 1. tab. 97. Rottb. descr. pl. 1. 1. tab. 4. f. 6. H. Mal. 2. tab. 53.

In Indiis.

Similis priori, sed differt capitulo trilobo.

Planta cespitosa, densa. Radix aromatica. Culm. 1-2-ped. erectus, nudus. Fol. culmo breviora, ensiform-linear. Involuc. 4-phyll.

3. *panicæ.*

K. umbel. terminali; spicis sessilibus, pedunculatisq. cylindric. imbricat: involuc. universali sub 4-phyll: partiali nullo. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Rottb. descr. pl. tab. 4. f. 1.*

In Indiis.

4. *umbellata.* K. umbel. terminali; spicis sessilibus, pedunculatisq. cylindricis, squarrosis: involuc. universali polyphyll. partiali 3-phyll. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Rottb. gram. tab. 4. f. 2.*

In Indiis.

sumatrensis. K. umbella terminali; spicis sessilibus, pedunculatisq. cylindricis, squarrosis: involuc. universali polyphylo; partiali nullo. *Petz. Obs. fasc. 4.*

In Sumatra.

83. FUIRE-NA. Ament. imbricat. squamis aristatis. Cal. 0. Cor. glumis 3. petaliformibus, obcordat. cirrho terminatis.

1. *paniculata.* F. culmo angulato: fol. lanceol. striatis, remotis: fl. umbellatis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Rottb. descr. pl. 1. 1. tab. 19. f. 3.*

Facies Scirpi. Culm. altus, simplex, angulatus, striatus. Fol. alterna, in summo caule, glauca, longitudine internodiorum, vaginis urceolatis, laxis, culmum ambientibus, breviter pilosis, membrana oris ciliata, ferruginea. Pedunc. 2-3. axillar. apice umbellati, hirsu-

- tiff. Spicæ oblong. conglomeratæ, nigricantes.
84. ERIO-
PHORUM. Spica brevis, pauciflora, imbricata, squamis oblongis. Sem. 1. lana longissima cinctum, ut capitulum reddat tomentosum.
1. *vaginatum*. E. culmis vaginatis, teretibus: spica scariosa. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 236.*
Juncus &c. *Scheuchz. gr. tab. 7. f. 1. 2. 3.*
In Europæ frigidis alpium sterilibus 2.
Culmum ped. terminat globus bombagyno pappo tectus. Fol. radical. plus, minus triquetra, acuta; caulina mutica; summa basi purpur. Spica erecta, ovata, squamis fuscis. Sem. 3-gonum, apice dilatatum.
In alpihus humilioribus, mollioribus; capitulo latiore, rotundiore, glumis fuscis, minus lividis &c.
2. *polystachion*. E. culmis teretibus; fol. planis: spicis plerisque pedunculatis. *Syst. veg. ed. 14. Leers. Herborn. tab. 1. f. 5.*
Linagrostis &c. *Vaill. Paris tab. 16. f. 1. & var. f. 2.*
Gramen &c. *Garid. Aix. tab. 44.*
In Europæ uliginosis turfosis 2.
Culm. ped-cubital. Panicula tomento nivea. Spicæ usque 7. immaturæ erectæ, per ætatem pendulæ, primo rotundæ, dein longiores. Spicul. squamæ pellucidæ, membranacæ, per ætatem rufescentes.
3. *virginicum*. E. culmis foliosis, teretibus: fol. planis. Spica erecta. *Syst. veg. ed. 14.*
Gramen &c. *Pluk. alm. tab. 299. f. 4. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 9. f. 2.*
In Virginia.
Culm. 1-fesquiped. erectus, enodis. Fol. Triticea, summa 3. e geniculo, palmaria. Paniculæ glomeratæ 6-7. tomentosæ, subfuscæ.
4. *cyperinum*. E. culmis teretibus, foliosis: panicula supradecom. prolifera; spicul. subternis. *Syst. veg. ed. 14.*
Cyperus &c. *Pluk. mant. tab. 419. f. 3.*
In America Septent.
Statura omnino Cyperi, sed spiculæ Scirpi, nisi sem. maturefcentia producerent lanam gilvam, seu testaceam, vix spiculis longiorem.
5. *alpinum*. E. culmis nudis, triquetris: spica pappo brevior. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 620.*

Linagrostis &c. Scheuchz. gram. tab. 7. f. 4. prodr. tab. 8.

In Europæ alpibus 24.

Culm. semiped. spica unica, ovat-oblon. Glumæ cinnamæo-virides. Pappus fluitans pedicellum refert. Sem. acuminatum, fuscum.

85. NARDUS. Fl. solitarii, spicati. Glumæ folliculi binæ, angustæ, acuminatæ, etiam aristatæ.

1. thomæa. N. spica filiformi, recta, utrimque imbricata. Syst. veg. ed. 14. Linn. suppl.

In Tranqueberia.

Fol. in cespitem nata, 2-pollic. alterna, fetacea. Culm. 2-pollic. Spicæ terminal. solitariæ, sessiles, teretes, flavescentes, flosculis vix conspicuis.

2. stricta. N. spica fetacea, recta, secunda. Syst. veg. ed. 14. Schreb. gram. tab. 7. Leers. herborn. tab. 1. f. 7.

Gramen &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. f. 8. Monti ic. 31. Scheuchz. agrost. tab. 2. f. 10.

In Europæ asperis, sterilibus, montanis 24.

Planta cespitosa. Culm. palmar. & ultra. Fol. capillacea. Spica longa, linearis, rara. Glumæ lanceol. in setis desinentes, sæpius coloratæ. Locustæ sæpe violac.

3. gangitis. N. spica recurva. Syst. veg. ed. 14. Lob. ic. 84. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 13. f. ult.

In Gallia narbonensi.

Obscura: an N. aristatæ var.? Culm. erecti, nudi. Fol. plura, in cespitem disposita, longa. Spica longa, convoluta. Fl. unilateral. pilosi.

4. aristata. N. calycibus aristatis. Syst. veg. ed. 14. Gramen &c. Bocc. Mus. 2. tab. 57. Barr. rar. tab. 117. f. 1.

Romæ, in agro Nicæensi, & Pedemontano ☉.

Culm. pl. semiped-palm. ex quorum geniculis alii exeunt, brachiati, recurvi. Fol. plura, brevia, angusta. Spica 2-3-unc. Locustæ alternæ.

5. ciliaris. N. spica incurva, ciliata. Syst. veg. ed. 14.

In India.

Fol. graminea, plana. Culm. spitham. Spica dimidiata, seu altero latere tantum floscul. alternis, 12-15.

6. indica. N. spica fetacea, secunda, subincurvata. Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl.

In Tranquebaria.

Gramen longitudine digiti, subramosum, læve.

Fol. culmo breviora, alterna, remota, plana.

Spica imbricata, versus fl. angustissima.

86. POMME- Cal. turbinatus, 2-valv. valvulae 4-fid. dorso
REULLA. aristatae.

1. *cornucopiae*. P. Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl.

In India.

Gramen parvum, valde singulare. Radix fibrosa, repens, alba. Fol. vix digitalia, equitantia, bifariam imbricata, compressa, lævia. Culm. ramosi, vix fol. longiores. Spica subracemosa, alba, basi obvallata fol. subspathæformi. Flos florem Caryophyllæum plenum referens. Sem. rufum.

87. LYGEUM. Spatha 1-phyll. Cor. binæ supra idem germen. Nux 2-locul.

1. *sparteum*. L. Syst. veg. ed. 14. Loestl. it. tab. 2. Clus. hist. 2. fig. 2.

In Europæ campis argillosis \mathcal{U} .

Plantæ color e viridi-paleac. Culm. & fol. in cespitem fasciculata. Culmus unico articulo versus apicem donatur, spith-2-pedal. Flos unicus, terminalis, inclinatus.

DIGYNIA.

88. BOBARTIA. Cal. imbricatus. Cor. gluma 2-valv. supera.

1. *indica*. B. spicis capitatis; involuc. folioso. Syst. veg. ed. 14.

Gramen &c. Pluk. tab. 300. f. 7.

In India.

Refert ita Schoenum mucronatum, ut eius fig. pro huius ubique venditari possit.

Culm. altus, nudus, teres. Spicæ pl. in capitulum collectæ, sessil. oblong. cylindricæ. Involuc. 2-phyll. altero brevior ex fol. horizontal. ventricoso, acumin. longitudine capituli; altero basi ventricoso, capitulo quinques longiore, horizontali.

89. CORNU- Involucr. 1-phyll. infundibulifor. crenatum, mul-
COPIÆ. tifi. Cal. 2-valv. Cor. 1-valv. Alopecuro nimis adfinae.

1. *cucullatum*. C. spica mutica ; cucullo crenato . *Syst. veg. ed. 14.*
Juncus &c. Pet. gar. tab. 73. f. 5.
Smyrna .
 Caul. fistulos. geniculatus, ramosus. Fol. basi
 spathæform. inferiora media angusta: reliqua
 linearia. Pedunc. incurvati, spica duplo lon-
 giores. Involuc. lucido-lividum. Spica obscure
 violacea, cum striis lucido-purpur.
2. *alopecuroides*. C. spica aristata, cucullo hemisphærico recepta.
Syst. veg. ed. 14.
In Italia .
Similis Alopecuro pratensi . Culmi adscendent. læ-
ves. Fol. lævia. Spica terminal. ovata, laxa,
floscul. brevissime pedicellatis. Vagina supremi
fol. ventricosa, ut in Phalaride. Singularis
nota est urceolus hemisphæricus, integerr.
(consistentia fol.) qui instar cal. communis
cingit basin spicæ .
90. SACCHARUM. Cal. lanugo longa extra calycem, in quo differt
 ab Arundine. Cor. 2-valv.
1. *spontanæum*. S. fol. convolutis: panicula effusa; spicis simpli-
 cibus, capillaribus: fl. remotis, involucre, geminatis; altero pedunculato. *Syst. veg. ed. 14.*
 S. fl. paniculatis &c. *Syst. veg. ed. 13.*
Kerpa. H. Mal. 12. tab. 46.
In Malabaræ aquefis 24 .
 Culm. 12-ped. sed non arborefcens. crassitie pen-
 næ anserinæ, læves, tecti vaginis fol. inanes.
 Fol. 2-pedal. lateribus convoluta, lævia, la-
 titudine graminis. Panicula magna, effusa, e
 spicis capillaribus, simpliciss. longiss. erectiusc.
 Fl. remoti.
2. *officinarum*. S. fol. planis: fl. paniculatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Arundo saccharifera. Sloan. Jam. hist. 1. tab.
66. Rumph. amb. 5. tab. 74. f. 1.
In Indiæ utriusq. locis inundatis. Colitur in Persiæ .
 Culm. 8-10. ped. simpl. articulat. subincurvus.
 Fol. ad nodos magna, 4-pedal. 3. digitos lata,
 striata, nervo albo, rugosa, pallide glauca.
 Panic. arundinacea, albo-lanuginosa.
3. *Ravennæ*. S. panicula laxa, rachi lanata: fl. aristatis. *Syst.*
veg. ed. 14.
Arundo &c. Zan. hist. 1. tab. 24. Monti in Zann.
tab. 19. f. 3. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 8. f. 32.
In Italia .

Altitudo arborea. Culm. medullosus. Fol. 2. ulnas longa, viridia cum punctis rubentibus, ad basin argentea lanugine adspersa. Panicul. albo-purpureo.

4. *Teneriffæ*. S. fol. subulat. planis: fl. paniculat. muticis: involucr. piloso nullo; cal. villosiss. *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl.*

In Teneriffa.

Differt a reliquis speciebus cal. hirsuto, qui in illis nudus. caret involuc. floscul. Glumæ ovatae, nec subulatae, ut in S. spontaneo.

Culm. ped. & ultra, geniculatus, articulis adproximatis, foliatis. Fol. brevia, recta, glaberrima. Panicul. medioc. magnitudinis, simil. *Holeo lanato.*

5. *spicatum*. S. fol. undatis: fl. spicatis (paniculatis). *Syst. veg. ed. 14.*

Gramen &c. Pluk. alm. tab. 119. f. 1.

Tieria. H. Mal. 12. tab. 62.

In India petrosis.

Culm. 1-2-ped. rectus, simplex, geniculat. Fol. uncial. lata, basi caulem amplectentia, margine piloso. Panicula palmar. coarctata, ovata, vel cylindrica, aristis sericeis, fusco-purpur.

arundinaceum. S. paniculae confertae peduncul. divisis: flosculis geminis, sessili, pedicelatoque, cor. 3-valv. polygamis. *Retz. Obs. fasc. 4.*

In Tranquebaria ad stagnorum margines.

Culmi alti usq. 10-ped. crassi, foliosi, semi-inanes. Fol. verticillata, culmo adproximata, lata. Panicula 2-ped. contracta, rachi 4-gon. Pedunc. verticillati, triquetri, articulati. Cor. valvulis hyalinis, una longiore, acuminata,

sagittatum. S. *Aubl. Guian.*

In Guianæ locis humidis, & sabulosis.

Caul. maculati succum effundunt dulcem, & saccharatum.

biflorum.

S. panicula lanata, secunda: calycibus 1-fl. geminatis, extus lanatis. *Forsk. Ægyp.*

In Arabia locis aquosis 24.

Culm. plusquam orgyal. quandoq. ramosus. Fol. nervosa, basi superne lanato-hispida; subtus obtuse carinata, tota viridia; in medio superior. canaliculata linea alba longitudinali. Fl. geminati, alter sessilis, alter pedunculat.

- hirsutum*. S. spica hirsuta: spiculis geminis; altera sessil. altera pedicellat. *Forsk. Æg. p.*
In Arabia.
 Culm. pedal. simpl. Fol. vaginæ longæ, glabræ, intra fol. barba terminatæ. Spica 4-pollic. hirsutie alba.
91. PHALARIS. Cal. 2-valv. carinatus (acuminatus), longitudine æqualis, corollam includens.
1. *canariensis*. P. panicula ovata, spiciformi; glumis carinatis. *Syst. veg. ed. 14. Schereb. gram. tab. 10. f. 2. De Leersf. herborn. tab. 7. f. 3. Ludw. ed. tab. 117. Morisf. hist. 3. f. 8. tab. 3. f. 1.*
In Canariis inter segetes, & in Comitatu Nicænsi ☉.
 Caul. 3-4 cubital. geniculati, graciles. Fol. hordeacea, subulata, cœsia. Spica 1-fescunc. squamæ candicantes lineis viridibus. Sem. candidum, nitens.
2. *bulbosa*. P. panicula cylindrica; glumis carinatis. *Syst. veg. ed. 14.*
In Oriente.
 Radix bulbosa. Spica 2-pollic. Glumæ ovatæ, carinatæ, arcte congestæ. Sem. album.
3. *nodosa*. P. panicula oblong. fol. ringentibus. *Syst. veg. ed. 14.*
In Europa australi.
 Radix ex pl. tuberculis Avellanæ magnitudine constans. Altitudo humana. Culmi paucis geniculis. Fol. rigida Arundinis, margine scabra; summum leviter ventricosum. Spicæ 4-5-unc. digiti crassitie, compactæ, ovat-oblong. muticæ, acerosæ. Calyc. ovat-oblong.
4. *aquatica*. P. panicula spiciform. ovat-oblong: glumis lanceol. carinatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Gramen &c. Barr. rar. lab. 700. f. 1. Buxb. cent. 4. tab. 53.
Ad Tyberim, & in Ægypto ☉.
 Culm. Arundinaceus. Fol. solidiuscula. Panicul. erecta. Glumæ glabræ.
5. *phleoides*. P. panicula spiciformi, cylindrica, glabra, passim vivipara. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 531. Gramen &c. Morisf. hist. tab. 4. f. 2. Bar. ic. tab. 21. f. 2.*
In Europa versuris, & ad vias ☉.
 Habitus Phlei, sed fl. alii. Culm. sesquiped. ple-

rumq. violac. Spica arcuata, pallens, in lobos divisibilis, adspersa hinc inde glumis viviparis. Spiculæ alternæ, distichæ, culmo adpressæ, imbricatæ.

Frutex totus glaber . Caul. erectus, 3-ped. ramosus: rami erecti, subverticill. Fol. frequentia, digital. erecto-patula, integra. Capitul. solitar. ovat. fol. obvallatum, magnitudine Pruni. Cor. purpurasc. Receptac. ferrugineo-tomentosum .

37. *mellifera* . P. fol. lanceol-elliptic. capituloq. terminali oblongo, glabris . *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n.º 37.*

Ad cap. b. Spei h.

Arbusc. tota glabra . Caul. erectus, orgyal. & ultra, ramosus . Rami sparsi, erecti, ramulosi . Fol. frequent. digital. integra, patula, avenia . Capit. vitcosum, ferrugineum, magnitudine Ovi Anserini . *Differt a sequenti caul. arbor. ramoso, multifloro: fol. planis; cono oblong. bituminoso, plano, nitido.*

38. *repens* . P. fol. lanceol-elliptic. capituloq. ovato, glabris: caul. decumb. breviss. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n.º 38.*

Leucadendron repens b. sp. pl.

Ad cap. b. Spei h.

Tota glabra, excepta cor. Caul. vix palm. flexuosus, subramosus . Fol. in apice caul. & ramorum conferta, spitham. sessil. erecta, margine cartilagineo . Capitul. terminal. solitar. fol. obvallatum, magnitudine Pruni . Cor. villo albo .

39. *obliqua* . P. fol. elliptic. glabris, callosis, obliquis: capitulo cauino terminali . *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n.º 39.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. erectus, 2-ped. & ultra, glaber . Rami sparsi, erecti, filiform. Fol. frequent. semipollic. sessil. erecto-patula . Capitul. magnitudine Pruni .

40. *parviflora* . P. fol. elliptic. obtusis, obliquis, callosis: capitulis terminalibus, ramulorum glabris . *Syst.*

veg. ed. 14. *Thumb. l. c. n.º 40. tab. 4. Ad.*
Medic. Svec. T. 1. tab. 4.

Ad cap. b. Spei h.

Caul. erectus, 3-8. ped. ramosiss. fusco-cinereus: rami sparsi, flexuosi, ramulosi. Fol. sparsa, unguicul. magnitudine fere *Vitis idææ*, erecta, obtusa. Capitula sub 4-gona: fl. paniculati, copiosi, latei, magnitudine *Piperis*. Cal. ovatus, imbricatus, scariosus. *Var. caul. & fol. glabris, vel incano-subtoment.*

41. *pallens.* P. fol. elliptic. acutis, glabris, callosis: capitul. terminali, involucrato; involuc. longo, acuto, pallido. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 41.*

P. conifera b. y. sp. pl. Boer. Lugd. tab. 97.

Ad cap. b. Spei h.

Caul. fruticos. erectiusc. ped. ramosus, subangulat. glaber: rami sparsi, divaricati. Fol. pollic. & ultra; caulina, & ramea sparsa, sessil. subdecurent. inflexa. Bract. conum obvallantes, concavæ, albidæ, cono triplo longiores. Conus sessil. ovatus. Pet. linear. obtusa: ungues albæ, villosæ; lamina patens, flavescens.

42. *conifera.* P. fol. elliptic. acutis, glabris, callosis: capitul. terminal. involucrato; involuc. longo, acuto, concol. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 42. Breyn. cent. tab. 9.*

Ad cap. b. Spei h.

Adfinis priori. Caul. erectus, 3-ped. & ultra: rami verticillati, foliosi, ramulosi. Fol. frequent. pollic. erecta, integra, concava. Conus ovatus, tomentosus, magnitudine *Pisi*.

43. *Levisanus.* P. fol. elliptic. obtusis, glabris: capitul. terminal. involucrato; involuc. brevi, obtuso. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 43. Burm. Afric. tab. 100. f. 2. Boer. Lugd. tab. 202. Pet. Gaz. tab. 5. f. 7.*

Ad cap. b. Spei h.

Tota planta, excepta cor. glabra. Caul. erectus, ped. prolifer, lævis: ramulis subpubescent. Fol. sparsa, parva, unguicul. spatulata, obtusa cum acumine, erecto-patula. Capitul. axill. & terminal. lanata, magnitudine *Pisi*. Cal. comm. tomentosus.

44. *strobilina.* P. fol. elliptico-oblong, retuso-callosis: capitu-

loq. terminal. glabris. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 44.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. erectus, prolif. ferrugineus, pubescens. Fol. sparsa, sesquipollic. sessil. spathulata, patent. reflexa, integra, concaviusc. Conus magnitudine Pruni.

45. *imbricata*. P. fol. imbricat. lanceol. striatis, glabris: capitulo terminali. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 45. tab. 5. Aſ. Medic. Svec. T. 1. tab. 5.*

Ad cap. b. Spei h.

Tota planta, exceptis ramis, & cor. glabra. Caul. erect. 3-ped. & ultra, ramosus: rami bini-terni, erecti. Fol. ramos tegentia, semiunguicul. sessil. integra, rugosa. Capitulum raro 2. oblong. magnitudine Juglandis min. Cor. extus lana flavesc. tecta.

46. *sericea*. P. fol. lanceol. sericeis: ramis filiformibus: caul. decumb. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 46.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. ramosus, glaber. Fol. unguicul. erecta. Capitulum in ramis terminalibus, solitar. raro adgregata, subcernua, magnitudine Pisi min. Cor. vix unguicul. luteo-tomentosa.

47. *saligna*. P. fol. lanceol. sericeis: caul. fruticoso: capitulum oblong. involucrat. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 47. Pluk. mant. tab. 229. f. 4.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. erectus, 4-ped. superne ramosus, inferne nudus, striatus, purpurasc: rami conferti, breves, virgati. Fol. vix pollic. erecta. Capitulum in ramis terminal. oblong. fol. obvallata, magnitudine Pisi.

48. *argentea*. P. fol. lanceol. argenteo-tomentosis, ciliatis: caul. arbor. capitulis globosis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 48. Com. H. 2. tab. 26. Boer. Lugd. tab. 195. Zanon. Hist. 24.*

Ad cap. b. Spei h.

Fol. omnium nitidiss. argentea. Arb. orgyal. & ultra, ramosiss. rami, & ramuli erecto-patentes, tuberculosi. Fol. frequent. digital. sessil. integra, nitentia. Conus rotundus, magnitudine Pruni, dein Pomi ma. Cal. squamæ tomentosæ. Cor. vix unguicul. argenteo-tomentosa.

***** *Oblongæ: fol. oblong. ovatis.*

49. *acaulis*. P. fol. oblong. capituloq. globoso glabris: caul. decumbent. breviss. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 49. Boer. Lugd. 2. tab. 119.*

Ad cap. b. Spei h.

Tota plant. glabra. Caul. 2-poll. raro ramosus, fuscus. Fol. sparsa, pollic-palmaria, terminalia, inæqualia, integra, marginata, venosa, decidua. Capitul. terminale, solitar. magnitudine Juglandis. Cor. hirsuta.

50. *myrtifolia*. P. fol. oblong. glabris: capitul. terminalibus, adgregatis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 50.*

Ad cap. b. Spei h.

Tota planta, excepta cor. glabra. Caul. erectus, 3-ped. ramosus, purpur. Rami alterni, filiformes, ramosi, purpurasc. Fol. unguicul. sessil. obtusa, basi obliqua, integra, patula. Capitul. in ramis, & ramul. terminalia, solitaria, magnitudine Pisi. Cor. exus albo-hirsuta.

51. *grandiflora*. P. fol. oblong. venosis, capituloq. hemisphærico, glabris: caul. arboreo. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 51. Boer. Lugd. 2. tab. 183.*

Ad cap. b. Spei h.

Tota arbor glabra. Caul. orgyal. & ultra, ramosus. Fol. digital. sessil. obtusa, integra, venosa, patentia. Capitul. fastigiatum, solitar. magnitudine pugni. Cor. albo-tomentosa. *Hæc, & P. Cyanoides speciosæ sunt capitul. maximis.*

52. *glabra*. P. fol. oblong. aveniis, capituloq. hemisphærico, glabris: caul. frutic. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 52.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. glaber. Fol. pollic. erecta, sessil. crassa. Capitul. terminal: solitar. magnitudine Pomi.

53. *speciosa*. P. fol. oblong. glabris: capitul. oblong. squamis calycin. apice barbatis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 53. Boer. Lugd. 2. tab. 145.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. arbor. orgyal. ramosus, villosus. Fol. palmar. subpetiolat. marginata, coriacea, nervosa, patula, apice fulco. Capitul. terminal.

- ovat. magnitudine Ovi Anserini. Cor. filifor. hirsuta. *Var. fol. angustior. & latioribus: calyc. apice barba ferruginea, & nigra.*
54. *totta.* P. fol. ovatis, glabris, callosis: capitul. ovat: cor. cylindric. hirtis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 54.*
Ad cap. b. Spei h.
 Caul. villosus, purpurasc. Fol. pollic. sessil. obtusa, raro 3-dentata, glabra. Capitul. terminal. folitar. magnitudine Pyri. Cor. pollicar. filifor. villosa.
55. *hirta.* P. fol. ovat. glabris: fl. lateralibus. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 55. Boer. Lugd. 2. tab. 194. 205.*
Ad cap. b. Spei h.
 Caul. erectus, ped. & ultra, villosus. Fol. pollic. sessil. imbricata, raro ciliata. Capitul. folitar. sub-8-fl. Calyc. squamæ luteo-sanguin. splendentes. Cor. filiform. villosa. Pistil. cor. duplo longiora, curva. *Simil. P. cucullata, sed differt fol. subpubesc. villositate fl. helvola, nec alba &c.*
56. *pubera.* P. fol. ovatis: capitulisq. terminalibus, tomentof. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 56. Boer. Lugd. 2. tab. 201.?*
Ad cap. b. Spei h.
 Caul. frutic. 3-6-ped. ramosus, villosus. Rami versus apicem subverticill. Fol. unguicul. imbricata, sessil. elliptica, pubescent. incana. Capitul. raro folitar. sæpe plura, magnitudine Cerasi. Cal. hirsutus. Cor. unguicul. villis lanata. *Variat fol. ovat. & oblongis.*
57. *divaricata.* P. fol. ovat. hirtis: capitul. terminalibus, ramis divaricatis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 57.*
Ad cap. b. Spei h.
 Caul. diffusus, fruticulofus, procumb. ped. & ultra, prolifer, purpurasc. subpilof. rami divaricati. Fol. sparsa, imbricata, sessil. lineam longa, ovat-subrot. integra, villosa, rugosa. Capitul. in ramis terminalibus folitar. laxum, cernuum, magnitudine Pisi. Cor. extus tomentosa.
- ***** *Rotundata: fol. subrotund.*
58. *spathulata.* P. fol. spathulat. subcucullat. glabris. *Syst. veg.*

ed. 14. *Thumb. l. c. n. 58. tab. 5. Act. Medic. Svec. T. 1. tab. 5.*

Ad cap. b. Spei H.

Caul. erectus, 2-ped. & ultra, ramosus, glaber. Rami bini, terni, purpurasc. Fol. unguicul. petiolat. imbricata, integra, marginata. Capitul. in apice ramorum adgregata. Cal. com. sub 4-phyll. 4-fl. tomentosus. Cor. vix unguicul. lanata.

59. *cynaroides*. P. fol. subrotun. petiolatis, glabris. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. n. 59. Boer. Lugd. 2. tab. 184.*

Ad cap. b. Spei H.

Caul. vix ped. simpl. rugosus. Fol. digital. integra, marginata, patentia. Capitul. fastigiatum, ovatum, magnitudine calyc. *Cynaræ*. Cal. imbricat. squamis extus cinereis. Cor. albo-toment.

60. *cordata*. P. fol. cordatis. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. l. c. tab. 5. Act. Medic. Svec. T. 1. tab. 5.*

Ad cap. b. Spei H.

Tota planta glabra. Caul. decumb. spitham. simpl. Fol. alterna, sessil. erecta, integra, marginata, 9-nervia; infer. ma: palmaria; super. sensim breviora. Capitul. subradical. ovat. truncatum. Pappus semen obvallans, purpurasc.

61. *bruniades*. P. fol. tubulatis: capitul. terminalibus, globosis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei H.

An P. lanata? Frutex determinate ramosus, fuscescens. Fol. conferta, glabra; recentia pilosa. Capitul. solitar. magnitudine nuclei *Coryli*. Flosculi pilosi, apicibus flavis.

131. GLOBULARIA. Cal. com. imbricat. (planus): proprius tubulatus, inferus. Corollulæ lab. super. 2-part. infer. 3-part: Receptac. paleac.

1. *Alypum*. G. caul. fructic: fol. lanceol. 3-dent. integrisq. *Syst. veg. ed. 14.*

Alypum Niss. Act. 1712. tab. 18. Garid. Aiz. tab. 43.

In Sylvis Italiae &c. ad rupes, & saxosa H.

Caul. 2-ped. Fol. sessil. dura, sempervirent. Fl. coeruleo-purpurasc.

2. *bisna*

2. *bisnagarica*. G. caul. frutic: fol. radicalibus cuneiformibus, retusis: caulinis lanceol. *Syst. veg. ed. 14.*
Scabiosa &c. *Pluk. alm. tab. 53. f. 5.*
In Bisnagarica sylvis ¶.
3. *vulgaris*. G. caul. herbac. fol. radicalibus 3-dentat. caulinis lanceol. *Syst. veg. ed. 14.*
Aphyllanthes. Cam. hort. 18. tab. 7. Lob. ic. p. 478.
In Europa apricis ¶.
4. *spinosa*. G. fol. radical. crenato-aculeat.; caulinis mucronat. integerr. *Syst. veg. ed. 14.*
In Granada montibus ¶.
5. *cordifolia*. G. caul. subnudo: fol. cuneiformibus, tricuspitat: intermedio minimo. *Syst. veg. ed. 14.*
Jacq. Austr. tab. 245.
Scabiosa &c. *Morif. Hist. 3. f. 6. tab. 15. f. ultim.*
In Austria, Helvetia &c. ¶.
6. *nudicaulis*. G. caul. nudo: fol. ovat-oblong. integerr. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. 3. tab. 230.*
Scabiosa &c. *Morif. 3. f. 6. tab. 15. f. 4.*
In Austria, Helvetia &c. montibus ¶.
7. *orientalis*. G. caul. subnudo: capitul. alternis, sessilibus: fol. lanceol-ovatis, integris. *Syst. veg. ed. 14.*
In Natolia ¶.
- Fol. obverse ovata, in petiol. desinentia, plurima, integra, nuda. Caul. ped. herbac. simpl. fol. remotis, minimis, alternis, lanceol. Capitul. in apice caul. 7-10. alterna, sessil.

132. CEPHALANTHUS. Cal. comm. o. proprius superus, infundibul. Receptac. globosum, nudum. Sem. 1. lanuginosum.
1. occidentalis. C. fol. oppositis, ternisque. *Syst. veg. ed. 14.*
Duham. arb. 1. tab. 54.
 Scabiola &c. *Pluk. alm. tab. 77. f. 4.*
In Amer. Septentr. H.
 Squamæ capitulum efformantes. Caps. nullæ. Sem. longa, pyramidata, basi attenuata, angulata, 1-locul.
132. DIPSA-CUS. Cal. comm. polyphyll. (foliis angustis, spinosis): proprius superus. Receptac. paleaceum.
1. fullonum. D. fol. sessilibus, ferratis: paleis recurvatis. *Syst. veg. ed. 14.*
In Europa ♂.
 Squamæ multo duriores, & apice reflexæ. Cal. foliola capitulo duplo longiora.
2. sylvestris. D. fol. integris; paleis rectis. *Syst. veg. ed. 14.*
Jacq. Austr. 5. tab. 402. Black. tab. 50.
 Dipsaco, o labbro di Venere altro. *Matth.*
In Europa ♂.
 Fol. omnino connata. Cal. foliola capitulo breviora, subinermia.
3. laciniatus. D. fol. connatis, sinuatis. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. 5. tab. 403. Moris. Hist. 3. J. 7. tab. 36. f. 4.*
In Europa ♂.
 Lacinia lateral. obtusæ, dentatæ; terminal. acuminatæ.
4. pilosus. D. fol. petiolat. appendiculat. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. tab. 248. Blak. tab. 124.*
 Virga di pastore, *Matth.*
In Europa ♂.
 Caul. orgyal. ramosus. Fol. pallide virent. scabriusc. ad basin caulis connata, ovat-lanceol-ferrata; suprema lanceol. integerr. Capitul. rotundatum, subviresc. Cor. albida.
133. SCABIOSA. Cal. comm. polyphyll. proprius duplex, superus. Receptac. paleac. seu nudum. Sem. ovato-oblonga.
- Corollul. 4-fidis.*
1. alpina. S. cor. quadrifid. æqualibus calyc. imbricat. fl. cernuis: fol. pinnat. foliol. lanceol. ferratis. *Syst. veg. ed. 14. Besl. Eyst. ast. 122. Lob. adv. ic. p. 537.*
In alpibus helveticis, italicis U.

Inter congeneres omnium ampla, valde hirsuta.

Caul. 4-ped. ramosus, fistulosus. Fol. ad terram elliptica, serrata; caulina pinnata, nervo foliac. lato: foliola utrimq. 6-7. impari maximo. Fol. terminal. ad basin uniuntur. Capitula congesta, pene sphaerica. Cal. squamæ extus villosæ, subfuscæ. Cor. ochroleuc.

2. *rigida*.

S. cor. quadrifid. subradiantibus: calyc. imbricat. obtusis: fol. (superior.) lanceol. serratis, auriculat. *Syst. veg. ed. 14. Comm. hort. I. tab. 93.*

In Æthiopia ☿.

Caul. suffrutic. scaber. Fol. ad basin 2-dent. infer. ovata, in petiolum desinentia; reliqua sessilia. Pedunc. terminal. longiss. Cor. albicans.

3. *transylvanica*.

S. cor. quadrifid. æqualibus, cal. paleisque aristatis: fol. radical. lyratis; caulin. pinnatifid. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. H. 2. tab. III. All. Fl. Ped. tab. 48. Moris. Hist. 3. f. 6. tab. 13. f. 13.*

In Transylvania, Pedemontii collibus ☉.

Planta tota pilis hispida, sed magis inferius.

Caul. 3-cubital. ab imo ad summum ramosus, brachiatus, obscure 4 gonus, superius evidentius, sulcatus, & striatus. Fol. opposita, amplexicaulia, coalita, pinnata, pinnis per nervum decurrentibus 5-6. Pinnæ plerumque resectæ, & veluti corniculatæ, extremum autem par exhibet duo foliola lanceolato-lineararia, quorum interior pars amplior est. Impar foliorum longe elliptico-lanceolat. est, & toto folio longius. Folior. lacinia variant modo parcius resectæ, modo integræ. Primæ & profundius, & pluries resectæ esse solent. Pinnarum numerus in superioribus minor est. Rami oppositi, patuli, divisi. Pedunc. floriferi terminales, subpalm. nudi, fore glabri. Extremi rami 2-3-fl. Cal. ex 5-foliol. viridibus, ovatis, pilosis, dein longe aristatis, qua parte non virent, pellucidis, & albicantibus. Capitul. ovatum. Cor. dilute purpuro-cœrulea.

4. *scabra*.

S. cor. 4-fid. æqualibus: calyc. imbricat. obtusis: fol. sub 2-pinnat. scabris, rigidiusc. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

Planta herbacea, statura, caul. floribusque *S. rigidulæ*. Caul. simpl. teretes, scabri. Fol. sessil. linear. acuta, cum rudimentis ramorum folios. axillar. Fl. terminal. solitar. longe peduncul. Flosc. albi.

5. *syriaca*. *S.* cor. quadrifid. æqualibus, calyc. imbricat. paleisq. aristat. caul. dichot. fol. lanceol. *Syst. veg. ed. 14. Moris. hist. 3. f. 6. tab. 14. f. 14. In Siria.*
Caul. pilosus. Fol. serrata. Fl. in dichotom. subsessil. Cal. vix ullus, sed paleæ in conum ovatum imbricatæ. Cor. albæ.
6. *leucantha*. *S.* cor. quadrifid. subæqual. squam. calyc. imbricat. ovatis: fol. pinnatif. *Syst. veg. ed. 14. Bauh. hist. 3. part. 2. p. 8. In Narbona, Carniola &c. 24.*
Caul. fruticosus. Fol. villosa, linear. uno, aliove dente superne instructa; foliol. decurrent. infima scabra. Fl. subglobosi, albi. Cal. hemisph. Corollulæ lacinia inferior deflexa, paulo longior. Sem. 3-gona.
7. *succisa*. *S.* cor. 4-fid. æqual. caul. simpl. ramis adproximatis: fol. lanceol-ovat. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 279. Black. tab. 142. Ludw. ed. tab. 19. Knor. hort. 1. tab. 7. Succisa Matth. In Europæ pascuis humidiusculis 24.*
Radix truncata, seu in centro demorsa. Caul. apice ramosus, sub 3-fl. Fol. firma, glabra, subviscida, subdent. obscure virent. margine purpuro-nigra; infer. petiolat. super. sessil. radical. ovalia, subintegra; caulina pauca, longa, lanceol. Cor. cærul. purpur. alba. *Var. prolifera: fol. incis: cor. 5-fidis: coroll. albis: hirsuta.*
8. *integrifolia*. *S.* cor. 4-fid. radiantibus: fol. plerumq. divisis; radicalibus ovatis, (*plerumque*) serratis; rameis lanceol. caul. herbac. *Syst. veg. ed. 14. Monspetii, in Helvetia &c. ☉.*
Caul. subhirsut. aut glaber; ramis patulis. Fol. radical. Bellidis, petiol. ovata, obtusiusc. scabra, acutius serrata: caulina pauca: ramea amplexicaul. basi ciliata, longiss. culta dentata, seu pinnatifida. Cal. 10-phyll. flore brevior. Cor. cærul-purpurasc. Sem. sericea, denticulata.

9. *amplexicaulis*. S. cor. 4-fid. radiantibus: fol. amplexicaul. lanceol. integerr. radical. 3-fid. crenatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Habitat. ☉.
 Caul. ped. brachiatus, scaber. Fol. radical. oblong. scabriuscula. Panicula dichotoma. Pedunc. longiss. Cor. cœrulesc.
Differt a priore fol. radicalibus non indivisis: caulinis basi latioribus: calyce non cor. dimidio brevior.
10. *attenuata*. S. cor. 4-fid. æqualibus: fol. linearibus, integris, 3-fidisque. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
 Planta lævis.
11. *tatarica*. S. cor. 4-fid. radiantibus: fol. lanceol. pinnatif. lobis subimbric. caul. hispido. *Syst. veg. ed. 14. Act. Ups. 1744. tab. 1.*
In Tataria ♂.
 Caul. altus, 12-ped. brachiatus, fistulosus. Ramī oppositi, e geniculis a radice usq. ad apicem sæpe bis dichotomi. Pili rari, parvi, albi. Fol. amplexic. opposita, pinnis ovat-lanceol. floralia indivisa. Fl. pallide lutei. Paleæ lineares, feminibus longiores, deciduæ.
12. *uralensis*. S. cor. 4-fid. radiantibus: fol. radical. simplicibus: caulinis decursive pinnat. paleis aridis, apice reflexis. *Syst. veg. ed. 14. Comm. Gotting. 1782. tab. 4.*
13. *arvensis*. S. cor. 4-fid. radiantibus: fol. (superioribus) pinnatif. incis, (lobis distantibus) caul. hispido. S. &c. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 447. Ludw. ed. tab. 21. Black. tab. 185. Bauh. hist. 3. part. 1. p. 2.*
In Europæ pratis ♀.
 Caul. erectus, cubital. brachiatus, maculatus. Fol. pallidiusc. hirsuta, firma, scabra: radical. petiolat. ovat-lanc. subserrata. Cap. oblong. Corollul. rubellæ, cœrul. Fructus simil. *S. tataricæ*, sed absque paleis. *Var. fol. omnibus integris: fl. albo. Lob. ic. p. 53. Altera var. glabra.*
14. *sylvatica*. S. cor. 4-fid. radiantibus: fol. omnibus indivisis, ovat-oblong. ferrat. caul. hispido. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. 4. tab. 362. Obs. 1. tab. 72.*
In Europæ sylvaticis ♀.

Caul. superne adpersus punctis purpur. inferne glaber, 1-4-ped. Fol. magna; infer. petiolat. profunde ferrata, ut sinuata videantur: proxima sessil. summa angusta, integerr. Pedunc. longiss. Flos pro plantæ portione parvus. Cor. purpur.

Priore viror obscurior: facies hispidior: fol. semper indivisa: bases cordatæ, & amplexicaul. bulbilli rubelli ad basin caul. corollul. obscure radiantes: anth. cœrul.

** *Corollul. quinquefidis.*

15. *gramuntia*. S. cor. 5 fid. calyc. breviss: fol. caulin. 2-pinnat. filiformibus. *Syst. veg. ed. 14.*

Monspelii &c. secus vias ♂.

Capitulum globosum.

16. *columbaria*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. radicalibus ovat. crenat: caulinis pinnat. fetaceis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 314. Herm. par. tab. 221. Knorr. del. hort. 2. tab. f. 13.*

b. prolifera. Bauh. 3. part. 1. pag. 5.

In Europæ montosis, sicciorebus.

Caul. pedal-cubital. brachiat. maxima ex parte nudus. Fol. pallide virent. radical. in orbem posita, petiolat. caulina connato-sessil. 2-pinn. apice rubello. Rami longi. Involuc. laxum membranac. inverse conicum. Capitul. globosum. Cor. purpuro-cœrul. vel dilute rubella, raro alba. *Variat glabritie, & hirsutie.*

Planta polymorpha. Mire variat fol. figura; & quidem

1. *fol. imis oblong. undique dentat: superior. pinnatif. lacin. linearibus, & plerisq. indivisis: quæ communior est.*

2. *fol. imis oblong. undiq. dentat: superior. pinnatif. laciniis lanceol. incis.*

Planta alpina, spitham. Caul. simpl. 3. fol. paribus: horum primum indivisum, cætera pinnatif. Aristæ e cal. proprio nigræ.

3. *fol. imis oblong. apice dentat: supremis pinnatifid; lacinia terminal. oblong. dentata; cæteris linearibus, & indivisis. Simil. var. secundæ.*

4. *fol. omnibus, oblong. & undique dentat: superior. basi pinnatifid.*

Essentia specifica sita est in cor. radiante: ger-
mine villoso, coronato: receptaculi paleis bre-
vibus, foliac. lanceol.

17. *sicula*. S. cor. 5-fid. æqualibus, calyc. brevioribus:
fol. lyrato-pinnatifid. *Syst. veg. ed. 14.*

S. divaricata. *Jacq. hort. I. tab. 15.*

In Sicilia ☉.

Caul. herbac. ped. dichot. divaricatus, debilis,
ruber. Fol. petiolata, nudiusc. subpilosa; in-
fer. lyrata; super. subpinn. linear. Pedunc.
longi, dichotomi, vix pubesc. purpur. Cal. 8-
phyll. Cor. rubicunda. *Differt præcipue a S.*
maritima fl. non radiatis.

18. *maritima*. S. cor. 5-fid. radiantibus, calyc. brevioribus:
fol. caulinis pinnat.; summis linearibus, (sæ-
pe) integerr. *Syst. veg. ed. 14. Bauh. Hist.*
3. p. 7.

In Sicilia, *Monfoelii* ☉.

Habitus *S. papposæ*. Caul. 2-ped. ramosus, vil-
losus. Fol. dentata, venosa; radical. palma-
ria, lanceol. obtusa, tandem pinnatif. *Scro-*
phulariæ caninæ familia. Pedunc. longiss. Cal.
imbricat. hemisphær. squamis ovatis, obtusis;
intimis foliol. lanceol. cor. longioribus. Cor.
albo-purpurasc. Fruct. *S. atro-purpur.*

19. *stellata*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. dissectis: recep-
tac. fl. subrotundis. *Syst. veg. ed. 14. Clus. hist.*
2. p. 1.

In Hispania &c. ☉.

Fol. infer. obovat-oblong. inciso-ferrata; super.
lyrata. Cor. albido-cœrulesc. Fructus capitul.
globosum. *Var. fl. vix radiatis. fol. lineari-*
bus, pinnatis,

20. *prolifera*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fl. subsessilibus: fol.
indivisis: caul. prolifero. *Syst. veg. ed. 14.*
Herm. parad. tab. 125.

In Ægypto ☉.

Caul. herbac. dichotomus. Fol. lanceol. subpu-
besc. basi connata; infer. subserrata. Fl. axill.
Cal. laxus, longitudine cor. Cor. flava.

21. *atropurpu-*
rea. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. dissectis: recep-
tac. fl. subulatis. *Syst. veg. ed. 14. Clus. hist.*
2. pag. 3.

In India? ☉.

Cal. 12-phyll. linearis, recurvatus, longitudine
S iv

cor. Flos atro-purp. anth. albis. Fruct. ovatus. Receptac. subulatum, paleis fetaceis. Sem. 4-gona.

22. *argentea*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. pinnatifid.; lacin. linearibus: peduncul. longiss: caul. tereti. *Syst. veg. ed. 14.*

In Oriente 24.

Caul. pilis albis, raris. Fol. radical. subdent: caulina indivisa, versus basin ciliata. Cal. 8-phyll. recurvatus, basi valde ramosus, cor. longitudine. Cor. albida, limbo cœrulesc. Stam. alba.

23. *indurata*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. ovat-lanc. erosif, basi dentat: caul. rigente. *Syst. veg. ed. 14.*

In Africa 5.

Adfinis *S. africanæ*, ut fere varietas? Caul. ped. pubesc. Fol. sessil. spitham. subtoment. viridia. Panicul. dichot. prima dichotomia pedunculifera, reliquis apice proliferis. Pedunc. longiss. Cal. brevis, patens, 10-phyll: subæqual. non imbricatus. Cor. pallide cœrul. calyce longior. Paleæ fetacæ. Sem. oblong. 8-sulcata.

24. *africana*. S. cor. 5-fid. æqualibus: fol. simplicibus, incisif: caul. fruticoso. *Syst. veg. ed. 14.*

S. altissima Jacq. hort. tab. 185. huius var. videtur. *Herm. parad. tab. 219.*

b. S. minor &c. *Breyn. ic. tab. 26.*

In Africa, Oriente 24.

Altitudo humana. Caul. villosus. Fol. cuneiform. subpinnatif. inciso-ferrata, utrinq. villosa; summa lanceol. basi pinnatif. Capitul. convexum. Corollul. ma: purpuro-pallide cœrulesc.

25. *monspeliensis*. S. cor. 5-fid. æqualibus, calyce brevioribus: fol. omnibus pinnat. ciliatis. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. rar. tab. 23.*

Monspeli.

Planta tota hirsuta. Caul. sesquiped. teres, inferne purpur. Fol. opposita, petiolat. pinnis distantibus, oblong. acutis, aliis integerr. aliis apice rariter incisif. Peduncul. terminalis. Cor. purpur. extus pilosula, lacin-obtusif.

26. *pumila*. S. cor. 5-fid. radiantibus; subacaul: fol. pilo-

fiss. radicalibus lyratis; caulin. pinnat. incis. *Syst. veg. ed. 14.*

Ad cap. b. Spei 24.

Planta spitham. tota hirsutissima.

27. *cretica*. S. cor. 5-fid: fol. lanceol. subintegerr. caul. fruticoso. *Syst. veg. ed. 14. Moris. hist. 3. f. 6. tab. 15. f. 31.*

In Creta, & adiacentibus h.

Caul. 2-cubital. ramosus. Fol. in caule confertiss. ut fere imbricata, 2. unc. longa, lato-elliptica, incana. Fl. ampli. Cal. obtusus. Cor. subcœrul.

28. *graminifolia*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. lineari-lanceol. integerr. caule herbac. *Syst. veg. ed. 14. Bauh. prodr. tab. 127.*

In alpibus Helvetiæ, Baldi, Pedemontii, Tridentini 24.

Tota planta albida. Caul. cubital. 1-fl. Fol. graminea, basi connata, aut amplexicaul. longa, nudiusc. Involuc. in cavum infundibul. abit. Cor. argentea. Sem. argenteo-nitida. *Var. glabra.*

29. *palæstina*. S. cor. 5-fid. radiantibus: lacin. omnibus 3-fid: fol. indivisis, subferratis; summis basi pinnatifid. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. hort. 1. tab. 96.*

In Palæstina 24.

Caul. pedal. teres. Fol. latius lanceol. aliquot incisuris donata, pubescent. Pedunc. longiss. Fl. albi, aut citrini, longitudine cal. Fruct. omnino *S. Stellatæ*.

30. *isetenensis*. S. cor. 5-fid. radiantibus, calyce longioribus: fol. 2-pinnat. linearibus. *Syst. veg. ed. 14. Gmel. Sib. 2. tab. 88. f. 1.*

In Sibiricæ Isetenfis rupibus.

Caul. adfendent. pedal. subtomentosi. Fol. pilis rigidulis adspersa; summa simpliciter pinnata. Rami sæpe nulli. Flos albus, calyce non brevior. Cal. polyphyll. patens. Sem. ut in *S. stellata*.

31. *ucranica*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. radicalibus pinnatifid: caulinis linearibus, basi sæpe ciliatis. *Syst. veg. ed. 14. Gmel. Sib. 2. tab. 87.*

In Ucraina, Pedemontio 24.

Caul. sesquicubit. ramosi, quandoque hirsuti, superne rubent. Fol. carnosæ. Involuc. capitulo

valde longius. Cor. ochroleuca. *Var. flatura;*
fol. & glabritie.

32. *ochroleuca*. S. cor. 5-fid. radiantibus: fol. radical. 2-pinnat. linearibus. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. tab. 439. Obs. 3. tab. 73. 74. Moris. hist. 3. f. 9. tab. 13. f. 23. Barr. ic. 770. f. 2.*

In Sibiria, & Germaniæ pratis siccis ♂.

Adfinis *S. columbariæ*. Fol. caulina pinnata, pinnis linearibus. Petiol. bases latæ. Pedunc. longi. Cor. flavescenti-albida. Fructus ovatus. Caul. genicula purpurasc.

33. *papposa*. S. cor. 5-fid. inæqualibus: caul. erecto, herbac. fol. pinnatifid: seminibus aristat. plumosoq-papposis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Creta ☉.

Caul. 1-2-ped. filiform. brachiatus, paniculat. subdichotom. Fol. petiol. mollia, albescent. hirsutula. Pinnæ paucæ, longæ, angustæ. Pedunc. axill. longi, filiform. Cal. polyphyll. foliol. ovatis, longe acuminat. Cor. ex violac-albescens. Peduncul. & calyc. subtomentosi.

34. *pterocephala*. S. cor. 5-fid. caule fructicoso, procumbente: fol. laciniat. hirsutis: pappo plumoso. *Syst. veg. ed. 14.*

In Græcia? †

Planta incana. Caul. vix e terra prominens. Scap. breviss. 1-fl.

lyrata.

S. fol. radicalibus ovatis; caulin. pinnatis. *Forsk. Suppl. Æg.*

Ad Dardanellos.

Habitus *S. argenteæ*. Caul. subtomentosus. Pedunc. longi, glabri. Dichotomia simpl. Cor. 5-fid. radiant. violac.

Trenta.

S. Hacquet. pl. alp. Carn. tab. 4. f. 1.

In Carniolæ scopulorum fissuris.

Simil. *S. Transylvanicæ*. Caul. 6-pollic. simpl. teres, substriat. Fol. infer. amplexicaul. pinnatifida: lobi infer. liberi, valde crenati, & runcinati; exter. maiores. Ex ultimo loborum pari alter lobus perpendiculariter exurgit. Superior. fol. linear. integerr. Flos unicus, globosus. Calyc. squamæ membranac. mucronato-aristatæ, albide. Cor. 4-fid. radiant. albæ.

tomentosa. S. caul. 1-fl. fol. tomentosis, imis pinnatis, pinnis dentatis, & semipinnat: caulinis pinnat. *Haller. Hist. n. 207. All. Ped. tab. 25. f. 2. Bocc. Mus. tab. 6.*

In Helvetia &c.

Caul. præter par fol. pinnatorum, nudus, semiped-dodrant. Fol. omnia tomentosa, prima Bellidis, ovata, habitu ab omnibus nostratibus diverso. Flos unicus, radiatus, purpur. *An differt a S. columbaria?*

grandiflora. S. corollul. 5-fid. radiantibus: fol. radicalibus oblong: crenatis: caulinis pinnatis; pinnis lanceolat-linearibus, patulis. *Scop. Delic. Insub. tab. 14.*

In regno Tunctano 24.

Caul. sub 3-ped. tenax, villosulus, in senio rubescens, ramosus, in adulta planta furculos e basi proferens. Fol. furculor. longe petiolata: caulina pinna terminali longiore, & latiore. Pedunc. terminal. longi, nudi. Capitula magna, Cal. comm. 8-10-fid. segmentis inæqualibus, linearibus. Fl. limbis albis; tubis rubellis. Capitul. fructiferum magnum, oblongum. *Habitus fl. ut in S. atropurpur.*

alba. S. corollul. 5-fid. radiantibus: fol. rameis simplicibus, linearibus, albo punctulatis: caul. suffruticoso. *Scop. Delic. Insub. fasc. 3. tab. 16.*

Circa Ticinum 24.

Rad. crassa. Caul. erecti, 3-ped. & ultra, teretes, læves, ramosi, albi, in senio basi rubentes. Fol. inferiora pinnata, pinnis linearibus. Pedunc. axillar. longi, nudi, tenues. Cal. comm. ex foliol. 7-8. linearibus, patulis, inæqualibus. Cor. alba. Capitula seminifera rotunda, foliol. calycinis, iisque reflexis, minora. *Differt a S. maritima, rad. perenni; caul. suffruticoso; statura multo maiore; fl. albo, & non rubro &c.*

134. KNAU- Cal. comm. oblongus, simpl. 5-fl. proprius simpl. superus. Corollul. irregul. Receptac. nudum. *Differt a scabiosa cal. tubuloso; & simplici floscul. orbita.*

1. *orientalis*. K. fol. incis: cor. 5. calyce longioribus. *Syst. veg. ed. 14.*

In Oriente ☉.

Caul. ped. Fol. opposita, sessilia, villosa, in medio caule pinnatifida; reliqua tantum ferrata. Pedunc. axill. longi. Cal. foliol. linearibus. Sem. compressa, pilosa, apice multident.

2. *propontica*. K. fol. superior. lanceol: integerr: corollul. denis cal. æqualibus. *Syst. veg. ed. 14. Tilli Pis. tab. 48.*

In Oriente ♂.

Caul. 2-ped. villosus. Fol. subpiloso-scabra, ferrata, spitham. Cal. fol. apice subulatis. Cor. 4-fid. purpurasc. Filam. & pistil. alba. Anth. purpur. *Differt a priore fol. indivisis: corollul. decem, nec quinis &c.*

3. *palæstina*. K. fol. integris: c lyc. 6-phyll. feminibus papposis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Palæstina ⊙.

Caul. erectus, vix ped. teres, brachiatus, subpilosus. Fol. opposita, subpetiol. lanceol. pilosa. Pedunc. solitar. longiss. erecti, aphylli.

4. *plumosa*. K. fol. super. pinnatis: calyc. 10-phyll: sem. papposis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Oriente ⊙.

Caul. erectus, sesquiped. teres, brachiatus, pubesc. Fol. opposita, sublanc. subtomentosa, venosa, patentia; infer. lato-lanc. indivisa, profunde ferrata, basi tomentosa. Pedunc. solitar. longiss. recti, aphylli. Cal. foliol. 10. lineari-lanc. Flosc. 15. Cor. pallide cœrulesc.

135. ALLIONIA. Cal. comm. simpl. oblong. triflor: proprius obsoletus, superus. Corollul. irregular. Receptac. nudum.

1. *violacea*. A. fol. cordatis: calycibus 5-fid. *Syst. veg. ed. 14. Læfl. it. 101.*

In Cumana Americæ.

Caul. erectus, herbac. ramosus, debilis. Fol. opposita, acuta, integerrima, glabra; infer. longe petiolat. Panic. terminal. ramosa, bracteolis brevibus. Calyx comm. laxus. Corollul. maiusc. purpuro-cœrul.

2. *incarnata*. A. fol. oblique cordatis: calycibus triphyll. *Syst. veg. ed. 14. Herit. Stirp. nov. fasc. 4. tab. 31.*

Wedelia. Læfl. it. 180.

In Cumanæ arenosis, & in Perua, rupibus arenosis ⊙.

Planta glauca, habitu *Boerhaavia hirsuta*. Rad. ramosa, subfibrosa. Cotyled. petiolat. subrotundæ. Caul. prostratus, basi sæpe 3-part. subramosus, teres, villosus, subviscidus. Ramuli alterni e folior. altero minore, axillar. villosiores. Fol. opposita, altero minore, primordialia terna, petiolata, ovalia, basi inæqual. obtusiuscula, seu vix acumin. repanda, laxissime nervosa, crassiuscula, villosa, vix scabriuscula, pallida, subtus glauca, margine purpurasc. patentia, concava, 18-20. lin. longa, 10-12. lin. lata. Pedunc. solitarii e latere supino coniugationis foliorum, filiformes, villosi, 2-fl. primum breves; floriferi longi, fructiferi triplo longiores, apice nutantes. Fl. terminales, solitarii, incarnati, 3. lin. longi, & lati.

136. HEDYOTIS. Cor. 1. pet. infundibul. Caps. 2-locul. polysperma, infera.

1. *maritima*. H. fol. ovalibus, obtusis: fl. oppositis, sessilibus. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In India Orient. ☉.

Caul. prostratus, herbacei, palmar. læves. Fol. opposita, subpetiol. patentia, subcarnosa. Fl. lateral. sessiles. Fruct. magnitudine Coriandri.

2. *pumila*. H. fol. ovat. acutis: fl. alternis, pedunculat. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In Tranquebaria ☉.

Facies *Anagallidis arvensis*. Caul. palm. parum ramosi, læves. Fol. vix petiol. lævia. Fl. axill. Caps. subrotunda.

3. *fruticosa*. H. fol. lanceol. petiolat. corymbis terminalibus involucrentibus. *Syst. veg. ed. 14.*

Valerianella &c. *Burm. Zeyl. tab. 107.*

In Zeylona ☿.

Habitus *Phyllitidis*. Caul. 4-gon. Fol. opposita, integerr. nervosa, glabra. Stip. breves, latæ, ovato-rhombeæ. Corymbi 3-fidi.

4. *Auricularia*. H. fol. lanceol-ovat. fl. verticillat. *Syst. veg. ed. 14.*

Valerianella &c. *Burm. Zeyl. tab. 108. f. 1.*

In Zeylona ☿.

Caul. longi, glabri. Fol. opposita, subsessil. pendula, integerr. nervosa, glabra. Stipul. dentat. Rami longi, alterni, articulat. Fl. multi.

5. *herbacea*. H. fol. lineari-lanceol. caul. herbac. dichotomo :
pedunc. geminis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Zeylona.

Caul. semiped. Fol. opposita, subpetiol. avenia,
raro repanda. Pedunc. ad singulam caulis ra-
mificationem, 1-fl.

6. *graminifolia*. H. caul. decumbente : fol. linearibus : panicul. ra-
cemosa, secunda; pedunc. folisequiis. *Syst.*
veg. ed. 14. Lin. Suppl.

In India Orient. 24.

Caul. ped. filiform. debiles, ut *Stellariae grami-*
neae. Fol. remote opposita. Cor. cœrul. limbo
4-fido; laciniis ante meridiem patentiss. temp.
vespertino 2. erectis, 2. reflexis. Caps. com-
pressa. retusa.

americana.

H. fol. linearibus : fl. axillar. solitariis. *Jacq. Amer.*
ed. 2. picta tab. 18.

In litoribus rupestribus Havanae h.

Frutex raro 3. ped. excedens. Rami diffusi, basi
procumb. cæterum erecti. Fol. numerosa, 4-
linear. opposita, petiol. lineari-acumin. integerr.
crassa, carnosâ, nitida, subtus sulcata, lateri-
bus convexis, supra planiusc. Petioli utrimq.
oriuntur, membrana ramulos aplexante, &
cum acumine obtusa. Fl. sessil. lutei, inodori.

hispida.

H. fol. lineari-lanceolat. fl. verticillatis. *Retz.*
Obs. fasc. 4.

In China.

Caul. decumbent. semiped. 4-goni, hispidi, ramo
uno, alterove. Fol. petiolat. integra, utrimq.
hispida. Petiol. valde hispidi, cum stipul. fi-
liforâi-laceris connati, vaginam brevem con-
stituunt. Styl. clavatus. Stigm. incrassatum.
Caps. semibilocul.

137. SCABRITA. S. cor. 1-pet. hypocrater. Cal. truncatus.
Sem. 2. emarginata, supera.

1. *scabra*. S. triflora. *Syst. veg. ed. 14.*

In India h.

Frutex ramis tetragonis, scabris. Fol. opposita,
petiolat. ovata, oblong. integerr. articulis ra-
meis longiora, utrimq. scabra. Pedunc. axill.
oppositi, folitar. 4-gon. fol. dimidio breviores,
apice 2-phylli. Involuc. partial. 4-phyll. foliol.
obovat. obtusis,

138. SPERMACOCE. Cor. 1-pet. infundib. (4-fida). Sem.
2. bident.

1. *tenuior*. S. glabra: fol. linearibus: fl. verticillat. staminib.
inclusis. *Syst. veg. ed. 14. Dill. elth. tab. 277.*
f. 359. *Sabb. hort. Rom. 2. tab. 99.*

Anonymos &c. *Pluk. alm. tab. 136. f. 4.*

In Carolina ☉.

Caul. 2-3--ped. acute 4-gon. Fl. minimi, sessil.
purpuro-albi. Sem. hirta.

2. *verticilla-*
ta. S. glabra: fol. lanceol. verticill. globosis. *Syst.*
veg. ed. 14. Dill. elth. tab. 277. f. 358.

Scabiosa &c. *Pluk. alm. tab. 58. f. 6.*

In Jamaica, Africa.

Caulic. dodran-ped. 4-goni. Fol. opposita, Hyf-
sopifor. 9-nervia, scabra; axillaribus min. fa-
sciculat. Caul. & fol. hirsuta. Fl. parvi. Cor.
revoluta, alba. *Variat verticill. globosis, am-*
plexicaulibus & pedunculat.

3. *hirta*. S. scabra; fol. oblong. summis quaternis: fl. ver-
ticillat. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Zeyl. tab. 20.*
f. 3.

In Jamaica ☉.

Caul. 4-gon. angul. acutiss. deorsum pilosis; cæ-
terum glaber, ramosiss. rigidus. Fol. elliptica,
lineata, utrimq. scabra, non villosa, subpetiol.
petiolis connexis membrana multifeta. Fl. la-
teral. tubulosi, albi. Stam. fauce longiora.
Anth. violac.

4. *articularis*, S. fol. elliptic. obtusiusc. subscabris. *Syst. veg.*
ed. 14. Lin. Suppl. Rumph. Amb. 6. tab. 10.

In India Orient. ☉.

Caul. herbac. ramosus, teres, utrimque canali-
culat. ruber. Rami procumb. virgati. Genucula
crassa. Fol. opposita, subpetiolat. alternatim,
in primis subtus, lineata. Membrana tran-
sversa stipulæ loco, multi-aristata, fol. com-
binans. Fl. angusti, albi.

5. *stricta*. S. fol. lineari-lanceol. lineatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Linn. Suppl.

In India Orient. ☉.

Planta semiped. erecta, stricta, angulis scabra.
Rami breviores, alterni. Fol. opposita, sub-
petiolat. scabriusc. connata membrana ciliata.
Verticilli angusti. Cor. alba.

6. *hispida*. . . S. *hispida*: fol. obovatis, obliquatis. *Syst. veg. ed. 14. Comm. Gott. 1772. tab. 5.*

In Zeylona ☉.

Caul. erectus, herbac. obsolete 4-gonus, piloso-hispidus. Rami inferi oppositi. Fol. opposita, subpetiolat. crassiusc. utrimq. scabra, flexuosa, mucrone minuto, reflexo. Stipula connectens utrimq. fol. paria, scariosa, truncata, setis 5. distantibus. Fl. axill. sessil. 2-3. Cor. turbinato-campanul. cæteris spec. ma. erecta, semi-4-fid. violac. Stam. longitudine cor. purpurasc.

7. *procumbens*. S. *procumb.* fol. linearibus: corymbis lateralibus, pedunculat. *Syst. veg. ed. 14.*

In India.

Caul. diffusi, herbac. debiles, angulati. Fol. reflexa. Fl. fascicul. involucro polyphyl. umbella longiore. Stam. cor. longiora.

8. *spinosa*. S. *suffrutic.* fol. linearibus; spinul. ciliatis. *Syst. veg. ed. 14. Loeft. it. 201.*

In America.

Caul. 2-5. ped. diffusi, ad basin ramosi. Fol. Rosmarini. Verticil. paucifl. Cor. alba.

scymoides. S. *glabra*: fol. ovatis, acumin. *Burm. Ind. tab. 13. f. 1.*

In India.

Media inter S. *tenuior.* & *hispidam*: differt præcipue caul. glabro, 4-gon. fol. ovat-acum. tomentosof. verticill. confertis, sessilibus.

latifolia. S. *caul. erecto*, 4-gon. fl. axillar. *Aubl. Guian. tab. 19. f. 1.*

In Caienna, & Guiana.

Planta herbacea. Caul. pl. 2-3-ped. ramosi, nodosi. Fol. opposita, petiolis stipulæ amplexic. ciliatæ adnexis, ovata, acut. integerr. aspera, inferne pallide virentia. Fl. axillar. cespitosi, sessil. albi.

cærulescens. S. *fol. ovat. acutis*: fl. axillaribus numerosis, verticillatis: caul. erecto, simpl. *Aubl. Guian. tab. 19. f. 2.*

Iisdem in locis.

Differt a priore caulibus humilioribus, simplicibus: fol. minor. virescentibus; stipul. brevior, minus ciliata: fl. parvis, cærul. & fructu exiguo.

- prostrata*. S. fol. parvis, ovatis, lævibus. *Aubl. Guian. tab. 20. f. 3.*
Ad ripas fluviorum in Guiana.
 Differt a prioribus caulibus decumbent. ramis oppositis: fol. minor. viridibus, mollibus, subsessilibus, integerr.
- radicans*. S. fol. lanceol. acutis: fl. parvis. *Aubl. Guian. tab. 20. f. 4.*
Ad ripam fluvii Orapu 4.
 Caul. pl. ramosi, nodiferi. Fol. oblon-angusta, integerr. glabra. Fl. cespitosi, axillar.
- longifolia*. S. caul. flexuoso: fol. ovat-obl. acutis: fl. minimis. *Aubl. Guian. tab. 21.*
In Guiana:
 Caul. pl. sarmentosi, ramosi, nodosi, 4-goni. Fol. subpetiol. lata, integerr. glabra. Fl. axill. congesti, numerosi, sessil. albi.
- aspera*. S. fol. oblong. angustis: fl. verticillatis. *Aubl. Guian. tab. 22. f. 6.*
In Guiana, & Caienna.
 Caul. pl. 1-2-ped. nodosi, 4-goni, asperi. Fol. sessil. acuta, aspera. Fl. axillar. multi, sessil. albi.
- alata*. S. caulibus, & ramu'is radican'tibus: fol. subsessilibus, ovatis: fl. terminalibus, cœul. *Aubl. Guian. tab. 22. f. 7.*
In Guiana.
- hexangularis*. S. caul. flexuoso: fol. petiolat. ovat-acut: fl. terminalibus. *Aubl. Guian. tab. 22. f. 8.*
Iisdem in locis.
 Differt a priore caul. 6-gon. supra vicinas plantas sparsis: fol. min. petiolat. ovatis.
- scandens*. S. fol. subrotun-acumin. Phyllitidi scandenti affnibus, minoribus oppositis. *Sloan. Jam. hist. 1. tab. 28. f. 4.*
In Guiana.
 Super Arbores scandit. *Omnes hæ species ab Aublet relatæ valent in gonorrhœa.*
- havanensis*. S. fruticosa, ramis spinosis. *Jacq. Amer. ed. 2. picta.*
In Havana h.
 Frutex nanus, diffusus, ramosiss. rigidus, nitidus. Spinæ axillar. in foliis: terminal. in ramuscul. junioribus, brachiatis, subulatæ. Fol. semipollic. opposita, petiolata, obverse ova-

ta, integerr. nitida. Panicul. terminal. Fl. numerosi, exigui, candidi, inodori, germinibus rubellis.

sumatrensis, S. hispida; fol. lanceol. corymbis terminalibus, dichotomis. *Retz. Obs. fasc. 4.*

In Sumatra.

Caul. herbaceus, 4-gon. tomentosus, articulis longis. Rami oppositi. Fol. petiolat. integerr. hispida, nervis subtus tomentosis. Cal. minutus, 4-dent. Fl. 2-sperm. 4-dentat.

139. SCHE-
RARDIA. Cor. 1-petal. infundibul. Sem. 2. trident. oblonga. Fol. verticillata.

1. *arvensis*, S. fol. senis, lanceol-linearibus: fl. terminalibus, sessilibus, umbellatis. *Hall. helv.*

S. fol. omnibus, verticill. &c. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 439. Hort. rom. 1. tab. 80.*

In Europæ arvis ☉.

Caul. cespitosi, humiles, decumbent. triental. ramosi. Fol. elliptico-lanceol. argute mucronata, aspera, dilute virentia; infer. 4-6. margine ciliato. Fl. inter fol. in summa planta congesti. Petala purpur. non cœrulea.

2. *muralis*, S. fol. floralibus, binis, oppositis: binis fl. *Syst. veg. ed. 14.*

Asperula &c. *Colum. ecphr. tab. 300.*

Galium &c. *Buxb. cent. 2. tab. 30. f. 2. All. Fl. Ped. tab. 77. f. 1.*

In Italia, & Constantin. muris vetustis ☉.

Caul. decumbent. Fol. ovat-lanceol. infer. sena; media quaterna; summa bina. Flores peduncul. plani, pallidi. Fruct. oblong. hispidi. Sem. subarcuata.

3. *fruticosa*, S. fol. quaternis, æqualibus: caul. fruticoso. *Syst. veg. ed. 14.*

In insula Adscensionis ☿.

Frutex inæqual. torosus, scaber. Rami obtuse 4-goni. Fol. angusto-lanceol. integerr. glabra, margine revoluta. Stipul. breviss. subulatae. Fl. axillar. oppositi, sessiles. Cor. alba.

fœtidissima, S. caulibus lignosis, procumbentibus: fl. corymbos. 4-fid. *Cyrill.: app. ad plant. charact. T. 3. f. 7.*

In Calabria.

Odor stercoraceus. Caul. cespit. spitham. Fol.

fasciculata, fere verticillata, lineari-lanceol., subhirsuta, 2. semper in singulo verticillo, reliquis duplo longioribus. Fl. terminal. ut plurimum 8. purpur. Cor. laciniis acuminat. incurvis. Videtur *Asperula calabrica*.

140. ASPE-
RULA. Cor. 1-petal. infundibulif. Sem. 2. subrotunda. *Differt a Galio tubo cor. longiore. Fol. verticillata,*

1. *odorata*. A. fol. octonis, elliptico-lanceol: fl. fasciculat. pedunculat. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 562. Black. tab. 60. Kniph. cent. 1. tab. 9. Ludw. ed. tab. 146.*

In Europæ umbrosis ♀.

Caul. erectus, ped. simpl. vix ramosus. Fol. glabra, atro-virent. nervo, orisq. subhirsutis; ima oblonga, super. ma: acuminata: Fl. magni, albi, odori. Fruct. reniform. villis uncinatis hirti. *Var. angustior, & humilior.*

2. *arvensis*. A. fol. senis-octonis: fl. terminalibus, adgregatis, sessilibus. *Syst. veg. ed. 14.*

Rubeola &c. Bauh. hist. 3. p. 719.

In Europa ☉.

Caul. erectus, ped. ramosus. Fol. glabra, lanceol-linear. obtususc. floralia sæpe ad basin ciliata, supra hispida. Cor. cœrul. Fructus glabri.

3. *taurina*. A. fol. quaternis, ovat-lanceol: fl. terminalibus, fasciculatis. *Syst. veg. ed. 14.*

Rubia &c. Moris. hist. 3. f. 9. tab. 21. f. 1.

In alpihus Helvetiæ, & collibus: sylvis umbrosis Italia ♀.

Caul. erecti, ped. ramosi, 4-gon. Fol. villosula. Rami alterni. Pedunc. alterni, 1-2. Bract. ciliatæ. Cor. alba. *Fol. latiora, & cor. multo longiores, quam in priore.*

4. *crassifolia*. A. fol. quaternis, oblong. lateralibus, revolutis, obtususc. pubescentibus. *Syst. veg. ed. 14.*

In Creta, Oriente ♂.

Caul. diffusus, alterne ramosus, subpubescens. Fol. ovalia, supra gibba, uti *Sedum*; ramea remotiora, angusto-lanceol. inæqualia. Rami floriferi erecti, alterne ramosi. Fol. ultima bina. Fl. terminal. fascicul. pauci. Cor. extus pubesc.

5. *calabrica*. A. fol. quaternis, oblong. obtusis, lævibus: (caule fruticoso). *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl. Herit. Stirp. nov. fasc. 4. tab. 32.*
 Leandro di Candià &c. *Zan. hist. tab. 47.*
 Thymelæa &c. *Zan. hist. tab. 166.*
 Sherardia foetidissima. *Cyr. Char. tab. 3. f. 7.?*
In Calabria, & Syria montibus ♀.
 Similis priori, sed lævis, prostrata, odore stercoreo. Caules teres, duriusc. vix pubesc. Fol. subpetiol. nuda, crassiuscula, sessil. 12-15. lin. long. 3-4. lata.
 Rami floriferi terminal. terni, fol. oppositis. Fasciculi fl: floresq. sessil: rubri. Bractea 2-phyll. acuta, patula, sub germinibus.
6. *tinctoria*. A. fol. linearibus: infer. senis; intermediis quaternis: caul. flaccido: fl. plerisq. 3-fid. *Syst. veg. ed. 14.*
 Galium &c. *Tabern. hist. tab. 733. f. 1. bona.*
In Europæ aridis saxosis ♀.
 Planta, nisi sustentetur, procumbens. Caul. 3-ped. ramosi, sub vertice tumentes. Fol. tenuiter, & acute dentata, etiam quina; summa opposita; sub fl. ovat-lanceol. Fl. umbellati, albi, triandri.
7. *pyrenaica*. A. fol. quaternis, lanceol-linearibus: caul. erecto: fl. sæpius trifid. *Syst. veg. ed. 13.*
In Pyrenæis, & Helvetia ♀.
 Caul. spitham. 4-goni, valde ramosi, ramis umbellatis. Fol. acuta, carinata, lævia; infer. breviora, lanceol. obtusiora: fol. summa, & floral. opposita, latiora, lanceol. acuta. Fl. rubri. *Statura Sherardiæ arvensis.*
8. *eynanchica*. A. fol. quaternis, linearibus; super. sæpe binis: caul. erecto: fl. 4-fid: *Syst. veg. ed. 14.*
 Galium &c. *Tabern. hist. 433. f. 2. Col. ecphr. 1. tab. 297. f. 1.*
In pratis aridis, saxosis, cretaceis collium, & alpium ♀.
 Caul. palm. scaber. Fl. extus subrugoso-scabri, rubri. Germina rubra.
9. *aristata*. A. fol. linearibus, subcarnosis; infer. quaternis: fl. subternis, aristatis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*
In Europa australi.
 Caul. erectus. Fl. paralelle positi, pallide flavesc. lacin. obtuse aristatis.

10. *lavigata*. A. fol. quaternis, elliptic. enerviis, læviusc: peduncul. divaricatis, trichotomis: sem. scabris.
Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. 1. tab. 94.
Rubia &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 21. f. 4-5.
Bocc. Sicul. tab. 11. f. 5.

In alpibus Helvetiæ &c.

Caul. simpl. læves, patuli, 4-goni: Fol. subpetiol. obtusa, patentia, vix ciliata. Rami florentes horizontal. 2-fidi; bract. 2. parvis, lanceol. Fl. sæpius terni, peduncul. albi. Anth. flavæ.

- hexaphylla*. A. fol. senis, linearibus: fl. terminalibus, umbellatis, subsessilibus. *All. Fl. Ped. tab. 77. f. 3.*

Ad rupes 24.

E rupium fissuris prodit, caulicul. semipalm. 4-gonis, ad basin interdum ramosis, cæterum simplicibus. Fol. erecta, plana, internodiis folio paulo longioribus. Umbella foliacea. Fl. tubo longo, 4-fidi, segmentis subrevolutis, purpur. intus albi. Sem. compressa. Totâ planta glabra.

141. DIODIA. Cor. 1-petal. infundibul. Caps. 2-locul. 2-sperma.

1. *virginica*. D. *Syst. veg. ed. 14.*

In Virginie aquosis.

Caul. procumb. pedal. rubent. ramis alternis. Fol. opposita, sessil. lanceol. acumin. erecta, glabra, integerr. ad basin sæpe denticul. ciliata, longitudine internodiorum caulis. Fl. axill. oppositi, sessil. solitarii, albi.

142. KNOXIA. Cor. 1-petal. infundibul. Sem. 2. fulcata. Calycis unicum fol. maius. Habitus Plumbaginis.

1. *zeylanica*. K. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Ind. tab. 14. f. 2.*
Veronicæ &c. Pluk. alm. tab. 114. f. 2.

In Zeylona supra truncos arborum putidarum.

Caul. erectus, pedal. articular. glaber. Fol. opposita, subsessil. lanceol. avenia, glabra. Spicæ longæ, angustæ. Fl. sparsi, minimi, sessil. nivei.

143. HOUSTONIA. Cor. 1-petal. infundibul. Caps. 2-locul. 2-sperma.

1. *carula*. H. fol. radicalibus, ovatis: caul. composito: pedunc. primis 2-fl. *Syst. veg. ed. 14.*

Paronychiæ &c. *Morif. hist. 3. f. 15. tab. 4. f. 1.*
b. Chamaejasme &c. Pluk. alm. tab. 97. f. 9.

In Virginia.

Planta verna. Caul. palmar. ramosus. Fol. radical. in orbem posita, exigua, Paronychiæ vulg. similia: caulina 2-3. Cor. cœrul.

2. *purpurea.* H. fol. ovat-lanceol. corymbis terminalibus: fl. superis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Virginia.

Fol. pauca, parva, opposita. Fl. purpuro-rubent.

An diversi generis?

144. GALIUM. Cor. 1-pet. plana, 4-fida. Sem. 2. subrotunda. Fol. verticillata.

* *Fructu glabro.*

1. *rubroides.* G. fol. quaternis, lanceol-ovat. æqualibus, subtus scabris: caul. erecto: fructibus glabris. *Syst. veg. ed. 14.*

In Europa australi.

Habitus *G. borealis*, sed fol. duplo latiora. Caul. erectus, ped. & ultra, firmus. Fol. marginibus reflexis, nervo spinulis adperso. Panicul. brevis, conglomerata. Cor. alba.

2. *palustre.* G. fol. (sæpe) quaternis, obovatis, inæqualibus: caul. diffusis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 423.*

In Europæ rivulis limosis ¶

Caul. 2-ped. reclinati, ramosi, fragiles, asperi, angulosi, ramis longis. Fol. margine rarius dentata, glabra, læte virent. super. aspera. Pedunc. florigeri, breves, ramosi, divaricati. Fl. multi, parvuli, albi. *Var. statura.*

3. *trifidum.* G. fol. quaternis, linearibus: caul. procumb. scabro; cor. 3-fid. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 48.*

In Dania, Canada.

Caul. ramosiss. ramis ternis-quaternis, divaricatis. Fol. obtusa, latiusc. glabra, subtus parum scabra. Pedunc. sæpe terni, tenuiss. 1-fl. Fl. minimi, albi. Stam. 3.

4. *montanum.* G. fol. (6-8.) linearibus, lævibus: caul. debili, scabro: sem. glabris. *Syst. veg. ed. 14.*

In Germania, Helvetia ¶

Statura inter G. Molluginem, & glaucum media.

- Fol. caulina quina, reflexa; ramea quaterna.
Corymb. 3-fid. Cor. reliquis ma: alba, ante
explicationem extus purpurasc. Anth. fuscae.
5. *tinctorum*. G. fol. linearibus: caulinis senis; ramorum qua-
ternis: caul. flaccido; pedunc. sub 2-fl. fru-
ctibus glabris. *Syst. veg. ed. 14.*
In Amer. Septentr.
6. *uliginosum*. G. fol. sæpe senis, (plerumq.) lanceol. retror-
sum ferrato-aculeat. mucronat. rigidis: cor.
fructu maioribus. *Syst. veg. ed. 14. Pet. herb.*
f. 6. Barr. ic. 82.
In Europæ pascuis aquosis, sterilibus ♀.
Caul. sesquiped. ramosus, flaccidus, striatus.
Fol. unguicul. subtus glauco-virid. Corymb.
3-fid. Fl. maiusc. albi. *Var. ramis longiori-*
bus; foliisq. lanceol. ramis brevioribus: folusque
ovatis.
7. *spurium*. G. fol. senis, lanceol. carinatis, scabris, re-
trorsum aculeat. genicul. simplicibus, fructi-
bus (sæpe) glabris. *Syst. veg. ed. 14.*
Aparine &c. Vaill. paris. tab. 4. f. 4. etsi sem.
hirsut. pingat.
In Europæ cultis ☉.
Adfne G. *Aparines*, sed minus. Caul. sesquiped.
debilis, diffusus, ramosus. Fol. læte virentia.
Pedunc. divaricati, 2-fidi. Fl. maiusculi,
albi.
8. *saxatile*. G. fol. senis, elliptic. petiol. breviss. 1-fl. *Hall.*
helv. n. 718.
Galium &c. Syst. veg. ed. 14. Juss. Ad. Paris.
1714. tab. 15.
In Hispaniæ, Helvetiæ alpinis ☉.
Habitus valde foliosus. Caul. angulati, 6-unc.
Fol. longiora, cis originem latefcentia, absque
spinulis.
b. G. Hircynium. Hall. helv. n. 717.
Vix ped. multicaul. & ramosum. Caul. 4-gon.
Fol. peculiaris figuræ, rotunda, & argute
lanceola terminata. Pedunc. axill. 1-2-fl. fa-
scicul. umbellatis. Sem. pro plantæ parvitate
grandia.
9. *pyrenaicum*. G. fol. senis: fl. lateralibus, oppositis, solitar.
subsessilibus: fructibus, glabris. *Syst. veg. ed.*
14. Lin. Suppl. Gouan. Illus. tab. 1. f. 4.
In Pyrenæis.

Caul. exigui, vix uncial. ramosiss. debiles, glaberrimi; geniculis tumidiusc. Fol. glaberrima, nitida, mucrone infirmo. Fl. oppositi, albi, aut citrini: quandoq. flos unus, aut alter.

10. *minus*. G. fol. octonis, lanceol. mucronat. ferrato-aculeat. glabris, incurvis: fructibus reflexis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Imperio Ruthenico 11.

Simile G. vero, sed palmo brevius, decumbens. Caul. lævis, nec margine scaber. Fol. utrinq. parum convexa, nec margine reflexa. Fructus magni, carnosii, pedunc. reflexis, unde conglomerati.

11. *pusillum*. G. fol. (sæpe) octonis, linearibus acuminat. subimbricat. hispidis; peduncul. dichotom. *Syst. veg. ed. 14.*

Rubeola &c. *Burf. XIX. 17.*

In montibus Gallo-provinciæ 11.

Caul. numerosi, digital. angulati. Foliol. 8-6. lanc-linear. Rami rariores, alterni. Fl. verticilli conferti. Panicula rarior.

12. *verum*. G. fol. (sæpe) octonis, linearibus, sulcatis: ramis florifer. brevibus. *Syst. veg. ed. 14. Black. tab. 435. Hort. rom. 1. tab. 1. 81. Ludw. ed. tab. 39.*

In Europa frequens 11.

Caul. anceps. Fol. fragilia, nigro-virent. florente planta reflexa. Rami floriferi foliosi. Fl. numerosi, flavicant. Anth. defloratæ fiunt fulcæ. *Var. 1. monstrosa, = 2. fol. sena; & sem. hirsuta.*

13. *Mollugo*. G. fol. octonis, ovat-linearibus, mucronat. subferrat. patentiss. caul. flaccido; ramis patentibus. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 455. Black. tab. 168.*

Mollugo &c. *Lob. ic. 802.*

In Europa mediterranea 11.

Caul. 3-ped. 4-gonus, subverticillis tumescens. Fol. duriuscula, sordide viresc. glabra, superne acutiora. Rami axill. floriferi in summa planta spicatam efformant paniculam. Fl. multi, parvi, albidii.

14. *sylvaticum*. G. fol. octonis, lævibus, subtus scabris; floralibus binis: pedunc. capillaribus: caule lævi. *Syst. veg. ed. 14.*

In Europæ austral. montibus sylvestr.

Planta subglauca. Caul. alti, ramosiss. debiles.
Fol. lato-lanceol. Pedunc. elongati. Fl. parvi,
albi, odori, ante florescent. nutantes.

15. *aristatum*. G. fol. (sæpe) octonis, lanceol. lævibus: panicul.
capillari: petal. aristatis: seminibus glabris.
Syst. veg. ed. 14.

Rubia &c. *Bocc. Mus. tab. 75. Barr. ic. 356. 583.*
In Baldo &c.

Planta lævis. Caul. decumbent. pedic. 4-goni;
hispidi, præcipue ad basin. Panicul. divaricata
ex ramis axillar. alternis, internodia plerum-
que superantibus. Rami panicul. geminati;
ramusc. ter-quater ternati. Cor. purpurasc.
apice seta alba. Anth. flavæ.

16. *scabrum*. G. fol. suboctonis, scabris, mucronatis: ramis
florifer. subtrichot. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr.*
5. tab. 422.

In locis sylvaticis.

Caulic. erecti, inferne pilis brevibus albis obsiti,
superne glabri, nitidi, & per ramos panicu-
lati. Fol. 7-8. in ramis pauciora, linear. pa-
tentiss. villosa, super. minus. Pedunc. sub 2-
fl. Cor. alba, patentiss. odora. Anth. flavæ.
Fruct. parvi, glabri.

17. *hyerofoli-
mitanum*. G. fol. denis, lanceol-linearibus: umbellis fasti-
giatis: fructibus glabris. *Syst. veg. ed. 14.*

In Palæstina &c.

Statura proxime accedit ad *G. rubrum*.

18. *glaucum*. G. fol. verticillat-linearibus: pedunc. dichotom.
caul. lævi. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Austr. tab.*
81. Fl. Dan. tab. 609. Bocc. Mus. 2. tab. 116.
In Austria, Helvetia &c. 24.

Caul. debil. prostrati. Fol. sena, sed ad ramorum
ortum etiam septena, serrata, glauca; infer.
reflexa. Umbellæ parvæ. Cor. alba. Anth.
luteo-virentes.

19. *purpu-
reum*. G. fol. verticillat. lineari-setac. peduncul. capil-
laribus fol. longioribus. *Syst. veg. ed. 14.*

In Italia, Helvetia.

Caul. erectus, ramosiss. totus foliosus. Fol. ple-
rumq. octona. Caul. & fl. atro-purpur. qui
terminales, potius paniculati, purpurei, non
fusco-rubri, ut in *G. rubro*.

20. *rubrum*. G. fol. verticillatis, linearibus, patulis: peduncul.
breviss. *Syst. veg. ed. 14. Clus. hist. 2. pag. 175.*
In Italia &c.

Planta pallide virescens. Caul. decumbent. palmar. ramosi, angulis subalatis, scabri. Fol. margine spinulosa; caulina octona; ramea 5-6. Pedunc. 2-fl. Fl. minimi, fusco-rubri. *Differt a G. purpureo fol. non ellipticis, neque expansis; brevitate peduncul. ac modo florendi.*

** *Fructu hispido.*

21. *boreale.* G. fol. quaternis, lanceol. trinerviis, glabris: caul. erecto: seminibus hispidis. *Syst. veg. ed.*

14.

Rubia &c. *Burs. XIX. 15.*

In Europæ pratis 4.

Planta subaspera. Caul. pedal. vix ramosus, tumescens. Fol. margine reflexo, atro-virent. nitida. Paniculæ rami 2-phylli. Fl. parvuli, albi.

22. *maritimum.* G. fol. (inferior. sæpe octonis) hispidis: pedunc. plerumq. 1-fl. fructibus villosis. *Syst. veg. ed. 14.*

Aparine. Tourn. ic. 4.

In Oriente, Monspeli &c.

Caul. brachiat. ramosiss. hirtus: rami ultimi dichotomi. Fol. in medio caul. 4-raro-5. floral. sæpius 2. omnia lanceol-ovata, summa subpetiolata. Fl. parvi, purpur.

23. *bermudiana.* G. fol. quaternis, linearibus obtusis: ramis ramosiss. *Syst. veg. ed. 14.*

In Virginia.

Cor. & sem. atropurp. quæ hispida.

24. *græcum.* G. hirtum, fol. subsenis, linearibus, lanceol. caulibus lignosis. *Syst. veg. ed. 14. Alp. exot. tab. 166.*

In Cretæ rupibus h.

Caul. tortuosi. Rami recti, herbac. villis albis hirti, uti fol. pedunculi, & germina. Fol. sessil. erecta, stricta, parcus villosa. Pedunc. fol. longior. capillar. subumbell. paucifl.

25. *Aparine.* G. fol. suboctonis, lanceol. carinis scabris, retrorsum aculeat. genicul. villosis: fructibus hispidis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 495. Black. tab. 39. hort. rom. 1. tab. 78.*

In Europa ☉.

Caul. ramosiss. 4. angulis retrorsum aculeatis. Fol. supra scabra, subtus glabra. Rami oppositi. Fl. parvuli, albi, vel purpur.

26. *parisiense*. G. fol. verticillatis, linearibus: pedunc. 2-3-fl. fructibus hispidis. *Syst. veg. ed. 14.*

Aparine &c. Raii Angl. tab. 9. f. 1.

In Anglia, Gallia ☉.

Caul. debiles; pedat: 4-goni, retrorsum scabri. Fol. septena, mucronata, flavida, scabra, præsertim margine. Rami floriferi oppositi, breviores. Pedunc. nudi. Cor. parvæ, flavæ, aut atro-purpurasc. Sem. hispida.

austriacum. G. *Jucq. Austr. tab. 80.*

In Austria.

Differt a G. glauco statura min. & caulibus 4-gonis. A G. uliginoso potissimum fol. neutiquam retrorsum serrat-aculeat. Simil. G. Halleri n. 751.

Caul. basi procumb. glaberr. nitidi. Fol. num. varia 5-10. linear. aut paulo magis latefcent. cum brevi arista; plana, nitida, glabra. Fl. ultimis ramis insident, exigui, nivei. Fruct. parvi, glabri, nigricant.

asperum. G. fol. subseptenis, cauleq: inferne pubescentibus: paniculæ ramis strictis, dichotomis. *Schreb. Lips. Hall. Helv. 2715.*

In locis aridis.

Caul. debiles, basi tantum ramosi, angulati. Fol. 6-9. plerumq-7. linear. apice paulo latiore; infer. 6. infima 5. spathulata; omnia carinata, mucrone rigido terminata. Paniculæ rami elongati, divergentes. Fl. parvi, albi.

Paschale. G. fol. lineari-lanceol. mucronat. glabris. *Forsk. Suppl. Æg.*

Ad Constantinopolim.

Fol. 4-8ra, margine retrorsum scabro. Caul. 4-gon. Pedunc. dichotom. Fruct. glabri.

Ova paschalia Græci radic. decocto, rubro tingunt col.

Aparinoides. G. fol. subsenis, cuneiformibus; obtusis cum acumine retrorsum aculeati; genicul. æqualibus. *Forsk. Æg.*

In Arabia.

Facies G. *Aparines*. Fol. 4-6. non octona, glabra. Genicula non villosa. Anth. propendentes. Fruct. hispidi.

lucidum.

G. fol. senis, rigidis, obscure virentibus: fl. e summo caule prodeuntibus. *All. Misc. Taur. Fl. Ped. T. 77. f. 2.*

In collibus siccis.

Tota planta splendide viret. Ad radicem valde ramosum, sed rami eriguntur, plerumque simplices. Fol. sena, dein quina-quaterna, semiteretia. subulata, sursum incurva. Caul. herbacei, acute 4-goni. Panicula terminalis. Flos quandoque albus, fructu maior. Fructus oblongo-ovati, incurvi, rugosi, nigri.

cinereum.

G. caul. sublignoso: fol. senis, longe ellipticis, rigidis, ferrato-aculeatis: fructibus ovatis, lævibus, albescentibus. *All. Misc. Taur. & Fl. Pedem. tab. 77. f. 4.*

In vineis ¶.

Planta rore glauco obducta, quo deterfo lucide viret. Caul. obscure 4-goni. Fol. in fine ampliora, alba spina prædita. Rami ad angulum rectum ex caule discedunt. Panicula terminalis, ultimis pedunculis sæpe 3-fl. Sem. magna, matura rugosa. *Differt revera a G. glauco* Lin.

tenuifolium.

G. fol. senis, subrigidis; diffuse ramosum: fl. albis e summo caule prodeuntibus. *All. Misc. Taur. Fl. Ped.*

In collium Nicænsium dumetis ¶.

Fol. linear. nitida, sed non splendentia, leviter ferrulata, cum spinula, ad ramos sæpe octona. Caul. acute 4-goni. Rami oppositi, quorum unus longior. Pedunc. 2-3-fl. Petal. magna, aristata. Sem. subrugosa, nec hispida, nigra.

Boccone.

G. caul. anguloso: fol. senis, subasperis, aristatis. *Hall. helv. Fl. Pedem. Barr. ic. 57. bene.*

Rubeola *Bocc. mus. tab. 107.*

In Alpium apricis saxosis ¶.

megalospermum.

G. nanum, cauliculis erectis, ramosis: fol. quinque, ellipticis: fructibus rugosis, flore maioribus. *All. Fl. Ped. T. 39. f. 4.*

In monte Ceniso ¶.

Cespes caulicorum, etiam digital. longitudinis, alterne ramosorum. Fol. acuminata, ferrulata, viridia. Rami ex ultimo verticillo, pe-

duncul. 2-fl. Cor. pallide lutea. Fruct. magni
fordide albicantes.

saccharatum. G. All. Fl. Ped.

Aparine sem. coriandri &c. Park. Theat. 567.

In collibus ☉.

Variet. *Valantiæ Aparines* Lin.

145. CRUCIA-
NELLA. Cor. 1-petal. infundib. tubo filifor. limb. un-
guicul. (4 fid.) Cal. 2-phyll. Sem. 2. linear.
Fol. verticillata.

1. *angustifolia*. C. erecta, fol. subsenis, linearibus: fl. spica-
tis. Syst. veg. ed. 14. Sabb. hort. 2. tab. 12.

Monspeli &c. in collibus ☉.

Planta e viridi-ciner. Caul. erectus, dodrant.
4-gon. Fol. acuta, erecta. Spica erecta, brac-
teis lanceol. brevior, sed crassior sequenti.

2. *latifolia*. C. procumb. fol. (sæpe) quaternis, lanceol. fl.
spicatis. Syst. veg. ed. 14.

In Creta, Monspeli &c. locis arenosis ☉.

Caul. pl. asperiusc. obsolete 4 goni. Fol. bre-
via, patentia, obtusa, aspera, cinerea, quan-
doq. 5-6. Spica longa, semipalm. subnutans.
Cor. subvirescens.

3. *Ægyptiaca*. C. fol. quaternis; super. sublinearibus: fl. spi-
catis, 5-fid. Syst. veg. ed. 14.

C. herbacea. Forsk. Æg. monente Vahl.

In Ægypto ☉.

Caul. erecto-patuli, ad radicem diffusi. Fol.
lateribus revoluta, superne, & margine sca-
bra: infima ovata; infer: lanceol. reliqua li-
nearia. Spicæ latiores. Bract. lanceol. non
carinatae. Fl. parvuli, flavesc-albidi, aristati,
ut in C. *maritima*.

4. *patula*. C. diffusa; fol. senis: fl. sparsis. Syst. veg. ed.
14. Læfl. it. 68.

In Hispania ☉.

Rami, & fol. patentiss. Fol. linear. scabra. Fl.
axill. Cor. lutea.

5. *maritima*. C. procumb. suffruticosa: fol. quaternis, mu-
cronat: fl. oppositis, 5-fid. Syst. veg. ed. 14.
Sabb. hort. 2. tab. 13.

In Creta, & Monspeli ☉.

Caul. provoluti. Fol. lanceol. rigida. Bract.
ovatae. Cor. aristatae, tristes, lutescent. An-
theræ nigrae. Fl. die clausi, nocte patententes,
ambrosiaci.

6. *monspeliaca*. C. procumb: fol. acutis; caulinis quaternis, ovatis; rameis subquinat. linearibus: fl. spicatis. *Syst. veg. ed. 14.*

Monspeliæ, & in Palæstina &c. secus arva collium.
Caul. crassiusc. Rami alterni, recti, simplicior.
Fol. rigida. Pedunc. nudi. Spicæ simil. C.
angustifolia.

146. RUBIA. Cor. 1-petal. campanul. Baccæ 2. coalitæ, 1-sperm. glabræ. Fol. verticillata.

1. *tinctorum*. R. caul. aculeato: fol. annuis. *Syst. veg. ed. 14.*
Sabb. hort. 1. tab. 77. Black. tab. 26.

In Italia, Helvetia &c. 24.

Radix magna, rubra. Caul. 2-cubital. ramosiss: angulis aculeol. recurvis; adultus subtomentos. etiam foliis. Fol. 4-5-6. lanceol. ciliata, margine, & carina aculeol. recurvis. Fl. 4-5-6-fid. luteo-virid. apice unguiculati. Bacca nigra. *Var. folior. magnitudine.*

2. *peregrina*. R. fol. perennantibus, linearibus, supra lævibus. *Syst. veg. ed. 14.*

In Europa 24.

Fol. quaterna, ex nigro-virote lucentia. Cor. alba. Bacca nigra.

3. *lucida*. R. fol. perennantibus, senis, ellipticis, lucidis: caul. lævi. *Syst. veg. ed. 14.*

In Maiorca 24.

Simil. priori, sed fol. margine tantum retrorsum scabra, non vero carina. Fl. papiculati, mucronati, 5-fid. albi.

4. *angustifolia*. R. fol. perennantibus, linearibus, supra scabris. *Syst. veg. ed. 14.*

In Minorca 24.

Caul. diffusi, 4-goni, scaberr. Fol. 4-6. carina, & margine ciliata. Fl. plani, 5-fid. lutei.

5. *cordifolia*. R. fol. perennantibus, (plerumque) quaternis, cordatis. *Syst. veg. ed. 14. Ann. Ruth. 19.*
Pallas. it. 3. tab. L. f. 1.

In Maiorca, Sibiria, China 24.

Planta diffusa, scandens, tota glabra. Caul. laxi, 4-goni, angulis retrorsum scabris. Fol. unguicul. petiolar. 5-nerv. patentia, margine reflexo, supra scabra. Panicula patentiss. verticillato-subtrichotoma. Fl. subcampanul. apice unguic. pauci, patuli, albo-pallidi. Bacca rubra.

147. SIPHO-
NANTHUS. Cor. 1-petal. infundibul. tubo longiff. infera.
Baccæ 4. monosperm. (subrot.)

1. *indica*. S. salicis fol: fl. flavescente. *Syst. veg. ed. 14.*

Ad. Petrop. 1736. tab. 15.
In Amer. meridion.

Caul. herbac. simpl. Fol. terna, sessil. lanceol.
Racemus terminal. erectus.

148. CATES-
BÆA. C. 1-petal. infundibul. longiff. supera. Stam.
intra faucem. Bacca (oval.) polysperma.

1. *spinosa*. C. *Syst. veg. ed. 14. Catesb. carol. 2. tab. 100.*

In Provincia h.
Arb. 12-14-ped. Fol. fasciculata, Buxi min.
Spinæ axill. Fl. 6-pollic. penduli, lutei, 4-
fid. Bacca ovi Gallinac. magnitudine, lutea.

149. IXORA. Cor. 1-petal. infundibulif. (tubo tenui, longiff.)
supera. Stam. intra faucem. Bacca (subrot.)
4-sper.

1. *coccinea*. I. fol. semiamplexicaul. ovalibus: fl. fasciculat. *Syst.*
veg. ed. 14. Pluk. alm. tab. 59. f. 2. mant.
tab. 364. f. 1. Hort. mal. 2. tab. 13.

Jasminum &c. Burm. Zeyl. tab. 57.

In India h.

Altitudo humana. Frutex parum ramosus, caul.
rubro. Fol. opposita, glabra, integerr. supra
intense virid. subtus dilutiora. Stipul. inter
fol. solitariae, acumin. ut in Coffea. Fl. lon-
ge peduncul. holosericei, coccinei. Baccæ
Cerasis proximæ.

2. *alba*. I. fol. ovat-lanceol. fl. fasciculatis. *Syst. veg. ed.*
14. Pluk. alm. tab. 109. f. 2. Hort. mal. 2.
tab. 14.

In India h.

Differt fol. latioribus obtusis, & acuminat. Fl.
albidi.

3. *americana*. I. fol. ternis, lanceol-ovat. fl. thyrsoides. *Syst.*
veg. ed. 14.

Pavetta &c. Brown. Jam. tab. 6. f. 2.

In Jamaica h.

Planta fruticosa, ramis subnodosis. Fol. longe
petiol. integerr. venosa. Stipul axill. solitar.
Fl. laxi, patent. Cor. 4-fida.

alternifolia. I. fol. alternis. *Jacq. Amer. tab. 177. f. 8. ed.*
picta tab. 16. Plum. sp. ic. 157. f. 1.

In Martinicæ sylvaticis h.

- Arbuse. 12-20-ped. erecta, ramosa. Fol. petiol. ovat-lanc. acuta, integerr. nitida. Pedunc. axill. breviss. multifi. Cor. alba.
- 150. PAVET-TA.** Cor. 1-petal. infundibul. supera. Stigm. curvum. Bacca 2-sperma.
- 1. indica.** P. fol. elliptic. umbell. terminalibus, fasciculatis; cal. brevi, acuto. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Ind. tab. 13. f. 3. Pluk. alm. tab. 147. f. 1. Rumph. amb. 4. tab. 47. Hort. mal. 5. tab. 10. In India h.*
- Frutex 3-8-ped. ramulis in orbem diffusis. Fol. opposita, petiolat. crassa, mollia, viridia, supra nitida, odore gravi. Corymb. fastigiati, trichotomi, peduncul. longo, filiform. infidentes. Fl. parvi, candidi, 4-fidi, odori. Stigm. oblongum, 2-fid. Baccæ e viridi-fuscæ.
- 2. caffra.** P. fol. ovat. integerr. capitul. terminalibus, sessilibus: calycibus fetaceis, longitudine tubi. *Syst. veg. ed. 14. Ad cap. b. Spei h.*
- Arb. glabra, ramis teretibus. Fol. opposita, petiolat. venosa. Receptac. pilosum. Cor. limbo regul. laciniis lanceol. Fl. in planta sicca nigri.
- 151. PETE-SIA.** Cor. 1-petal. infundibul. Stigma 2-fid. Bacca (globosa), polysperma.
- 1. stipularis.** P. fol. lanceol-ovat. subtus tomentosis: thyrsis lateralibus. *Syst. veg. ed. 14. Brown. Jam. tab. 2. f. 2. In Jamaica h.*
- Frutex. Fol. opposita, integerr. Stipul. rigidæ. Racemi axill. brachiati, fol. breviores.
- 2. Lygistum.** P. fol. ovat. nudis, lineatis: caul. flexuoso. *Syst. veg. ed. 14. Brown. Jam. tab. 3. f. 2. In Jamaica h.*
- Frutex caul. lævi. Fol. petiolat. opposita, acuta. Pedunc. axill. sæpius gemini, 1-fl.
- 152. MIT-CHELLA.** Cor. 1-petalæ, binæ eidem germi, superæ. Stigm. 4. Bacca 2-fid. 4-sperma.
- 1. repens.** M. *Syst. veg. ed. 14. Syringa &c. Pluk. amalt. tab. 444. f. 2. Catesb. carol. 1. tab. 20. Baccifera &c. Pet. gar. tab. 1. f. 13. In Carolina, Virginia &c. h.*

Fol. subovata. Fl. gemelli, albi. Cor. tubus longus, angustus, limbo expanso, laciniis acutis, intus villosis. Bacca globosa, mollis.

153. CALLICARPA. Cal. (campanul.) 4-fid. Cor. (tubulosa) 4-fid. Bacca (globosa) 4-sperma.

1. *americana*. C. fol. ferratis, subtus tomentosis. *Syst. veg. ed. 14.* Burchardia. *Du-Hamel. Arb. 1. tab. 44.*

Anonymus &c. *Pluk. alm. tab. 136. f. 3.*

Frutex &c. *Catesb. carol. 2. tab. 47.*

In Java h.

Altitudo humana. Frutex ramis compressiusc. albedo-tomentosis. Fol. opposita, petiolat. ovato-lanc. supra nervosa. Panicul. axill. dichotomæ, tomentosæ; bract. minutis, subulatis, ad singulam dichotomiam oppositis. Baccæ rubræ.

2. *tomentosa*. C. fol. integerr. lanatis. *Syst. veg. ed. 14.*

In India h.

Arb. singularis, & sine pari tota tomentosa.

Fol. opposita, petiol. ovata, acuminata, coriacea, rugosa, nuda, magnitudine manus.

Pedunc. axill. solitarii, dichotomi, divaricati.

3. *japonica*. C. fol. ferratis, glabris. *Syst. veg. ed. 14.* *Thumb. Jap.*

In Japonia h.

Caul. erect. fruticos. glaber. Rami oppositi, divaricati, purpur. Fol. 2-pollic. opposita, breviter petiol. oblonga, acuminata, basi, & apice integra, nervosa, supra virid. subtus pallida. Fl. axillar. paniculati, minimi. Panicula trichotoma. Bract. linear. Pedunc. semipollic. pedicellis breviss. Cor. alba.

integrifolia. C. fol. integerrimi. subtus lævissime tomentosis. *Jacq. amer. tab. 173. f. 7. ed. 2. picta tab. 259. f. 6.*

In sylvaticis Cartagenæ h.

Arb. 12-ped. inordinatim ramosa. Fol. 2-3-pollic. opposita, petiolat. oblongo-ovata, odore subaromatico. Racemi axill. & terminal. compositi, densi, incani. Fl. numerosi, albi, odori. Baccæ nitidæ, virides, ad basin flavæ, Pisiform.

154. AQUARTIA. Cal. campanul. Cor. rotata, laciniis linearibus. Bacca globosa, polysperma.

1. *aculeata*, A. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Amer. tab. 12. ed. 2. picta tab. 15.*

In Amer. Merid. h.

Frutex 4-ped. ramosus, habitu accedens ad *Solanum incanum*. Rami seniores aculeati, aculeis brevibus, subulatis. Fol. pollic. alterna, petiolar. subovata, integerr. vel repanda, tomentosa, incana. Pedunc. lateral. breviss. Infl. Cor. candida. Bacca Pisi magnitudine, flava, nitens.

155. POLYPREMUM. Cal. 4-phyll. Cor. 4-fida, rotata, lobis obcordatis. Caps. compressa, emargin. 2-locul.

1. *procumbens*, P. *Syst. veg. ed. 14.*

Linum &c. *Pet. gaz. tab. 5. f. 6.*

In Carolina, Virginia ☉.

Caul. procumb. dichotom. Fl. solitarii, sessil. in ramificationibus. Calyx intus coloratus. Caps. ovata.

156. PENÆA. Cal. 2-phyll. Cor. campanul. (4-fida). Styl. 4-angul. Caps. 4-gona, 4-locul. 8-sperma.

1. *Sarcocolla*, P. fol. ovatis, planis: calycibus ciliatis, folio maioribus. *Syst. veg. ed. 14.*

Tithymali &c. *Pluk. mant. tab. 44.*

In Æthiopia h.

Arbuscula. Caul. dichotom. Fol. opposita, crassa, obtusiusc. Fl. 4-5. Cal. intermedio flori nullus. Cor. obtusa, limbo rubicundo. Styl. magis subulatus quam in reliquis.

2. *mucronata*, P. fol. cordatis, acuminat. *Syst. veg. ed. 14.*

In Æthiopia h.

Caul. fruticosus, ped. Fol. opposita, sessilia, patentia. Fl. congesti, rubri.

3. *marginata*. P. fol. cordatis, marginatis: fl. lateralibus. *Syst. veg. ed. 14.*

Ad capitis b. Spei fluvios h.

Frutex strictus, ramis sæpius ternis. Fol. opposita, seu terna, subsessil. obtusiusc. nitida, magnitudine Buxi. Fl. inter folia, subsessil. foliis non longiores, albi.

4. *furcata*, P. fol. rhombeo-ovat. bract. cuneatis, acutis, coloratis. *Syst. veg. ed. 14.*

In cap. b. Spei montibus h.

Frutex ramosiss. ramis teretibus; ramulis angulatis. Fol. opposita, patula, acuta, lævia. Fl. terminal. fasciculati, purpur. Bract. purpur.

5. *squamosa*. P. fol. rhombéo--cuneiformibus, carnosis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Æthiopia h.

Bractææ spicæ fol. duplo latiores, ciliatæ, resinoso-unctuosæ. Cor. maiusc.

6. *fruticulosa*. P. fol. oblongiusc. obtusis: bract. orbiculat. acutis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei h.

Fruticul. ramis decorticandis teretibus. Fol. opposita, subpetiolat. crassiusc. avenia, remota: Fl. in apice ramorum subsolitarii, brevissime pedunculati, acutiusculi.

7. *Myrtoides*. P. fol. lanceolat. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei h.

Rami erecti, teretes, rubri. Fol. conferta, opposita, sessil., lævia, Myrti Tarentinæ, subtus vix nervosa. Fl. terminal. subsolitar. cincti bracteis viridibus, acutis, sub quibus foliola 2. parva. Cal. acutus, virid. non coloratus.

8. *lateriflora*. P. fol. ovatis: fl. lateralibus, sessilibus. *Syst. veg. ed. 14. Linn. Suppl.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. rubent. ramis elongatis. Fol. opposita, sessil. acutiusc. integerr. lævia, sub basi fere carinata, interstitiis longiora. Fl. sessil. lutei, longitudine fol. Cor. laciniis lanceol. triquetris, seu introrsum carinatis, carina basi excisa,

tetragona. P. fol. rhombeis, quadrifariam imbricat. patentibus: tubis fl. longis; foliol. calycin. obovat. ciliatis. *Berg. Fl. cap.*

Ad cap. b. Spei h.

Caul. fruticos. vix ped. 4-gon. superne ramosus. Rami simpl. umbellati, foliosi. Fol. sessil. firma, crassa. Fl. adgregati, Cor. purpur.

157. **BLÆRIA**, Cal. 4-part. (patens). Cor. 4-fida. Stam. receptac. inserta. Caps. (4-gona) 4-locul. polysperma, *Differt ab Erica solum antheris bicornibus.*

1. *ericoides*. B. fl. capitatis; cor. campanulat. *Syst. veg. ed. 14.*

Erica &c. Pet. gaz. tab. 2. f. 10.

Ad cap. b. Spei h.

Planta fruticosa, ramosiss. statura *Ericæ vulg.* Fol. quaterna, ovat-oblon. adpressa, gibba,

- piloso-scabra, longitudine internodiorum caulibus. Fl. terminal. albo-purpurasc. Cor. erecta.
- 2. ciliaris.** B. fl. capitatis; calycibus ciliatis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei h.
 Similis priori tota sua statura. Dignoscitur calycibus albis, distincte ciliatis; staminibus inclusis.
- 3. articulata.** B. staminibus exsertis, 2-part. cor. cylindricis. *Syst. veg. ed. 14.*
Penæa Sarcocolla. Berg. cap.
Ad cap. b. Spei h.
Differt a B. ericoide, quæ cor. campanulat. staminibus æqualibus, fol. magis imbricatis: a B. pusilla, quæ calyc. glabris; cor. infundibulif.
 Fruticul. distortus, statura *Ericæ vulg.* Fol. quaterna, ovata, adpressa, ramis longitudine internodiorum, ovata, scabra. Capitula terminal. calyc. albo-villosis. Cor. incarnatæ. Anth. exsertæ, angustiss. 2-part. nigræ.
- 4. purpurea.** B. staminibus inclusis, 2-part. cor. oblong. rectis: fl. terminalibus, adgregat. peduncul. erect. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei h.
 Simil. B. articulatæ; at in illa capitula cernua.
- 5. pusilla.** B. fl. sparsis: cor. infundibulif. *Syst. veg. ed. 14.*
Ad cap. b. Spei h.
 Statura *Ericæ min.* Rami pubescent. Fol. quaterna, petiolat. linear. scabra, subtus linea exarata. Fl. minuti, fol. breviores. *Caute ab Ericis distinguenda.*
- 158. BUDDLEJA.** Cal. 4-fid. Cor. 4-fid. Stam. ex incisuris. Caps. (oblong.) 2-fulca, 2-locul. polysperma.
- 1. americana.** B. fol. ovat. ferratis, opposit. fl. racemoso-spicatis: caul. fruticoso.
 B. fol. ovatis. *Syst. veg. ed. 14.*
Verbasci &c. Sloan. Jam. 1. hist. 2. tab. 173. f. 1.
In Caribæis ad ripas, & torrentes h.
 Caul. fruticos. tomentosus. Fol. *Verbasci æmula.*
 Racemi terminal. oppositi, recti. Cor. lutea.
- 2. occidentalis.** B. fol. lanceol. acuminat. oppositis, integerr. spicis interruptis.
 B. fol. lanceol. *Syst. veg. ed. 14.*
Ophioxylum &c. Pluk. alm. tab. 210. f. 1.
In America h.
 Fol. subtus lanuginosa.

3. *virgata* B. fol. lineari-oblong. obtusis, integris: racemis terminalibus, ramis virgatis, erectis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei ☿.

Habitus *Hyssopi*. Rami, & fol. subtiliore tomento cana.

4. *incompta*. B. fol. fasciculat. ovatis, canis; ramis flexuosis, rigidis: racemis terminalibus. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei ☿.

159. EXACUM. Cal. 4-phyll. Cor. 4-fid. tubo globoso. Caps. (subrotunda) 2-fulca, 2-locul. polysperm. apice dehiscens.

1. *albans*. E. fol. subdecurrentibus: staminibus exsertis. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Afr. tab. 74. f. 4. Pluk. alm. tab. 343. f. 3.*

In India ☉.

Caul. palm. herbac. dichotomus, 4-gon. lævis.

Fol. oleracea, cordata, lævia. Cor. alba.

Ad fine Gentianis.

2. *aureum*. E. fol. sessilibus: staminibus exsertis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl. Pluk. alm. tab. 275. f. 3. bona*.

Ad cap. b. Spei ☉.

Habitus *Gentianæ Cent.* Caul. palm. brachiat. dichotomus, sub 4-gon. lævis. Fol. opposita, infer. & super. lanceol.

3. *cordatum*. E. fl. 5-fid. calyc. foliol. cordatis, striatis. *Syst. veg. ed. 14. Burm. Afr. tab. 74. f. 5. Seb. mus. 1. tab. 22. f. 7.*

Centaurium &c. *Pluk. alm. tab. 275. f. 4.*

In Asia, & Africa ☉.

Caul. erectus, spitham. simpl. dichotom. 4-gon.

lævis. Fol. opposita, sessil. ovata, integerr.

Fl. ex divaricat. caulis, solitarii, fol. maiores. Cor. lutea.

4. *punctatum*. E. fol. breviss. petiolat. oblong. trinerviis, punctatis: staminibus exsertis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. Suppl.*

In India.

Maior prioribus. Fol. glandulosa, ut in *Hyperico*, punctata. Cor. cœrul. Stam. lutea.

Guianense. E. fol. connatis, oblong. acutis: fl. purpurascens. *Aubl. Guian. tab. 26. f. 1.*

In Guiana ☉.

Caul. ped. ramis, & ramulis oppositis. Fol. opposita, integerr. glauca. Fl. axill. solitar. Cor. lacin. subrotun. undulatis.

annifolium. E. fol. linearibus: fl. violaceis. *Aubl. Guian. tab. 26. f. 2.*

In Caienna, & Guiana ☉.

Differt a priore caul. tenuiore: fol. minimis, angustiss: fl. min: cor. violac. laciniis acutis.

Ad hoc genus spectat Coutoubea ramosa, & spicata Aublet Guian. T. 27. 28.

160. PLAN- Cal. 4-fid. Cor. 4-fid. limbo reflexo. Stam. longiss. Caps. ovat. 2-locul. circumscissa.

TAGO.

Appendices parva, membranacea, ovat-lanceol. in apice, ut plurimum laeviter, 2-fid. unicuique anth. subiecta.

* *Scapo nudo.*

1. *maior.* P. fol. ovat. glabris: scap. tereti: spica floscul. imbricatis. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 461. Gmel. Sib. 1. tab. 35. 36. Black. tab. 35.*

In Europa, & Japonia ad vias ☿.

Fol. spitham. 7-nervia, integerr. læte virent. Spica cylindrica. Bract. lanceoi. Fl. parvuli, herbidi, anth. albis.

1. *var. fol. dentat.*

2. . . . *minor.*

3. . . . *spica 2-multifida.*

4. . . . *rosea, fl. quasi in spicam dispositis.*

5. . . . *rosea, fl. expanso.*

2. *Asiatica.* P. fol. ovat. glabris: scap. angulato: spica floscul. distinctis. *Syst. veg. ed. 14. Gmel. Sib. tab. 37.*

In China, Sibiria.

Simillima priori; at differt spica longiore: fl. distantibus; fol. sæpius basi subdentat: scap. angulato.

3. *media.* P. fol. ovat-lanceol. pubesc: spica cylindrica: scap-tereti. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 581.*

In Europæ pascuis apricis, argillofis ☿.

Fol. in rosulam sparsa, integerr. pallida. Calyc. glabri. Filam. purpurasc. *Var. spicis multis. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 15. f. 7.*

4. *virginica.* P. fol. lanceol-ovat. pubesc. subdenticul. spicis

floribus remotis: scap. tereti. *Syst. veg. ed. 14. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 15. f. 8. Pet. gaz. 1. tab. 1. f. 10.*

In Virginia ☉.

Fol. 3-4-unc. obtusa, semitrinervia. Spica palmar. *Flor. in Amer. cor. explicat, & Stam. exerit, in Europa vero vix.*

5. *altissima*. P. fol. lanceol. 5-nerviis, dentat. glabris: spica oblong. cylindrica: scap. angulato. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. obs. 4. tab. 83.*

In Italia ☿.

Scap. 2-3-ped. scaber. Fol. 1-fesquiped: obtusa dentata, dentibus remotis, crassa, glabra. Spica cylindr. vix fesquipollic. glabra.

6. *lanceolata*. P. fol. lanceol: spica subovata, nuda: scapo angulato. *Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 487. Black. tab. 14.*

In Europæ campis sterilibus ☿.

Planta multiformis. Fol. petiolat. rariter dentata, nervosa, duriora, glabra, obscure virent. Cor. fusco-albida. Stam. albida.

1. *Var. minor, & humilior.*

2. . . . *trinervia, fol. angustiss. Ger. Prov. tab. 12.*

3. . . . *hirsuta.*

4. . . . *alpina, scap. lanugin. capitulo nigro.*

5. . . . *spica 2-3-multifida.*

6. . . . *caulis summitate foliosa.*

7. *Lagopus*. P. fol. lanceol. subdenticul: spica ovat. hirsuta: scapo tereti. *Syst. veg. ed. 14. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 16. f. 13. Rauw. it. 4. tab. 6.*

In Gallia Narbon. Hispania &c. ☉.

Fol. subtus pubesc. apice, denticulisq. obsoletis, fusca.

8. *lusitanica*. P. fol. lato-lanc. trinerviis, subdent. subpilosis: spica oblong. hirsuta: scapo angulato. *Syst. veg. ed. 14. Barr. rar. tab. 745.*

In Hispania ☿.

Fol. palmar. erecta, latiora quam in *P. media*. Scap. foliis longior. subhispidi, 5-fulcat. Spica *P. Lagopi*, sed oblong. bract. breviter hirsutis. Cor. alba, stria flavescente. Stam. alba. Styl. elongatus, pubescens, albus.

9. *albicans*. P. fol. lanceol. obliquis, villosis: spica erecta, cylindr: scap. tereti. *Syst. veg. ed. 14. Clus. hist. 2. p. 110.*

- P. cylindrica*, *Forsk. Æg. monente Vahl.*
In Hispaniæ, & Narbonæ aridis &c. ☉.
 Caul. palmar. Fol. tomentosa. Spica conferta.
10. *alpina*. *P. fol. linearibus, planis: scap. tereti, hirsuto: spica (florente ovata; fructif. cylindrica, erecta). Syst. veg. ed. 14. Jacq. hort. 2. tab. 125. Hort. rom. 2. tab. 7.*
In Helvetiæ, Austria alpibus ☿.
 Fol. sæpius integerr. subtus convexa, nitida. Spica ante efflorescentiam cernua. Cor. la. in. nigræ. *Var. spicis ramosis. Zann. tab. 140.*
11. *cretica*. *P. fol. linearibus: scap. breviss. tereti, lanato: spica subrot. nutante. Syst. veg. ed. 14. Clus. hist. 2. p. 11.*
In Creta.
 Fol. ped. villosa. Pedunc. lignosi, recurvi, villosi.
12. *maritima*. *P. fol. semicylindr. (sæpius) integerr. basi lanatis: scapo tereti. Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 243.*
In litoribus maritimis Europ. Amer. boreal. ☿.
 Scap. 6-unc. Fol. cespitosa, linearia, glauca, subtus trinervia. Spica cylindr. Cor. herbidæ. Anther. luteæ.
13. *incurvata*. *P. fol. lineari-subulat. canaliculat. recurvatis, denticulat. punctatis: scapo tereti. Syst. veg. ed. 14. Comm. Gott. 1780. tab. 6.*
14. *subulata*. *P. fol. subulat. triquetris, striatis, scabris: scap. tereti. Syst. veg. ed. 14.*
Serpentina &c. Lob. ic. 439.
In maritimis arenosis Mediterranei ☿.
 Scap. fol. longior, non glaber. Fol. conferta. Spica ovat-oblonga, non villosa.
15. *Serraria*. *P. fol. lanceol. 5-nerviis, dentato ferratis: Scap. tereti. Syst. veg. ed. 14. Barr. ic. 749. Col. ephr. 1. tab. 259. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 16. f. 19.*
In Apulia, Mauritania ☿.
 Fol. subpetiol. striata, subpubescentia. Scap. pubesc.
16. *coronopus*. *P. fol. linearibus, dentatis: scap. tereti. Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 272. Dod. pempt. 109.*
b. Black. tab. 460.
In Europæ glareosis ☉.

Scap. dodrant. subhirsut. Fol. longa, ex petiol. latefcente semipinn. vel solum dentata, subhirsuta. Spica cylindric. Squamæ ovatæ, albæ.

b. in montibus saxosis. Scap. erectus, 3-unc. Fol. uncial. integra, vel subdent. pilosiss. Spica cylindrica, hirta, canescens, semiunc.

17. *Læflingii.* P. fol. linearibus, subdent. scap. tereti: spica ovata: bract. carinatis, membranaceis. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. hort. 2. tab. 126. Pet. herb. 3. tab. 9.*

In Hispaniæ collibus &c. ☉.

Differt a priore, quod sit minor, & ut in definitione.

18. *Cornuti.* P. fol. pinnatis, pinnis inæqualibus, & distantibus: scapo tereti; sty'is longiss. filament. breviss. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Misc. 2. Ic. rar.*

Habitat

Fol. radical. multa, humifusa, acuta, pilis mollibus ciliata, semipedal. costa canaliculata. Pinnæ sessil. inordinato situ egressæ, linear. acutæ, integerr. vel rariter incisæ. Scap. pl. adscendentes, dense villosi, longitudine fol. Spica 3-unc. linear. aphylla, erecta, teres, gracilis, bractæata. Petal. albida.

*** Caule ramoso.*

19. *Psyllium.* P. caul. ramoso, herbaceo: fol. subdent. recurvatis: capitulis aphyllis. *Syst. veg. ed. 14. Black. tab. 412. Ludw. ed. tab. 44. Sabb. hort. 2. tab. 10. Psillio Matth.*

Inter segetes Europæ australis ☉.

Caul. erecti, villosi. Fol. infer. opposita, super. terna-quaterna, linear. villoso-vilcida, latiora P. *Canops.* Pedunc. fol. longiores. Capitul. bract. & calycin. foliol. prædita.

20. *squarrosa.* P. herbacea, caulibus diffusis, decumbentibus, ramosis: fol. linearibus, integerr. capitatis, squarrosis. *Syst. veg. ed. 14. Com. Gotting. 1781. tab. 3.*

P. *Ægyptiaca.* *Jacq. Misc. 3.*

In Ægypto.

21. *indica.* P. caul. ramoso, herbac. fol. integerr. reflexis, ciliatis: capitul. foliosis. *Syst. veg. ed. 14.*

In Ægypto, & circa Astracan ☉.

Caul. erectus, pilis albis. Fol. superior. terna. Pedunc. axill. Spica subovata, basi cincta foliol. 4, inæqualibus, spica longioribus. Calyc. foliol. 2. infer. spatulata, obtusiss. valde gibba, intus concava.

22. *pumila*. P. caul. ramoso, herbac. fol. integerr. subulat. carnosus: ramis lævibus. *Syst. veg. ed. 14.*

P. exigua. *Comm. Gott. 1778. tab. 5.*

In India Orient.

Similis P. *indicæ*. Caul. spitham. varie flexus. Fol. opposita, super. terna-quaterna, patentiss. apice reflexo, pubesc. vel ciliata.

23. *Cynops*. P. caul. suffrutic. ramoso: fol. filiformibus, strictis, integerr: capitul. subfoliatis. *Syst. veg. ed. 14.*

Psyllium &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 17. f. 1.

In Italia, Gallo-provincia &c. collibus siccis h.

Caul. repens, palmar. purpurasc. durus. Fol. opposita, canalicul-trigona, erecta, subvillosa. Pedunc. axillar. Bract. inter floscul. ovatae, concavae.

24. *afra*. P. caul. frutic. ramoso: fol. lanceol. dentatis: capitul. aphyllis. *Syst. veg. ed. 14.*

Psyllium &c. Moris. hist. 3. f. 8. tab. 19. f. 4. Bocc. sic. 8. tab. 7. f. B.

In Sicilia, Barbaria h.

Caul. erect. ped. pubescens. Fol. subvillosa, striata. Spicae pl. ad apices ramorum.

Columnæ.

P. fol. 2-pinnat. basi lanatis; foliol. confluentibus, summis auriculat: scap. tereti. *Govan. Illust.*

In montibus.

Scapi pl. sub 2-unc. alii erecti, alii deflexi. Fol. hirta, variabilia, quandoq. pinnata more Scabiosarum; in junioribus tantum pinnata, pinnula terminal. 3-fid. Spica semunc. cylindr. canescens, subglabra.

Cornuti Govan. P. fol. ovat. integerr. carnosus, pustulatis, basi lanatis. *Govan. Illust.*

24.

Proxima P. maiori, sed triplo ma: salsa, carnossa, glauca. Fol. petiol. longis, basi villosis, 7-nervia, glaberrima. Scapi 2-ped. rubentes, vix ad basin villosi. Spica longiusc. glaberr.

- ovata*. P. fol. linearibus, utrimq. hirsutis: scapis erectis, hirsutis: spicis ovat-oblong: cor. ovatis. *Forsk. Æg.*
In Ægypto.
 Spicæ vix pollic. Fl. conferti. Cor. latissima, cordato-acuta.
- crassifolia*. P. fol. carnosis, semiteretibus, linearibus, ciliatis, basi nudis. *Forsk. Æg.*
Alexandriæ.
 Vix differt a *P. maritima*, nisi fol. basi nudis. Scapi teretes, villis adpressis. Spicæ 2-pollic. cylindricæ.
- Bellardi*. P. pubescens, fol. sublinearibus, planis, petiolat: scapo tereti, foliorum longitudine: spicis cylindricis. *All. Fl. Ped. tab. 85. f. 3.*
In locis sterilibus ☉.
 Fol. radicalia, petiolata, subtus tribus nervis percurfa. Scapi 3-4. erecti 2-4-unc. Spicæ primum ovatæ, & compactæ, dein cylindricæ. Bractææ lanceol. Cor. flavescens.
- Serpentina*. P. *All. Fl. Ped.*
 P. gramineo fol. *Tourn. inst.*
Ad montium radices, locis sabulosis, & aridis 24.
161. SCOPARIA.
 1. *dulcis*. S. fol. (summis) ternis: fl. pedunculat. *Syst. veg. ed. 14.*
Veronica &c. Herm. Par. tab. 241. Sloan. Jam. I. tab. 108. f. 2.
Phytenoides &c. Pluk. alm. tab. 215. f. 1.
Scoparia ternata. Forsk. Æg. monte Vahl.
In Jamaica, Curaçao ☉.
 Caul. erect. 3-ped. ramosiss. angulatus. Fol. in petiolum attenuata, oblonga, acuta, ferrata; inferiora opposita. Pedunc. axill. 1-fl. Cor. alba.
2. *procumbens*. S. fol. quaternis: fl. sessilibus. *Syst. veg. ed. 14.*
In Amer. calidioris ☉.
 Vix semiped. Habitus prioris, sed caul. procumb-erecti, dichotomi. Fol. parva, subulata, acuminat. Fl. parvi, albi.
3. *arborea*. S. fol. alternis, lanceol. integerr. corymbo supra-decomposito, trichotomo. *Syst. veg. ed. 14.*
Lin. Suppl.
Ad cap. b. Spei †.

Habitus facie *Olea*, seu *Phyllireæ*. Inflorescentia maxima, & summe composita. Fl. parvi.

162. SKIMMIA. Cal. 4-part. Pet. 4. concava. Bacca 4-sperma.

1. *japonica*. S. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. Fl. Jap.*

Mijama skimmii. Kamph. am. exot. p. 779.

In Japonia ʒ.

Caul. erectus, fruticosus, glaber. Rami alterni, sub 4-goni. Fol. in apice ramorum digitalia, alterna, petiolat. frequentia, oblonga, undulata, integerr. sed apicem versus obsolete crenata, erecta, margine reflexo, supra viridia, rugosa, subtus pallida, punctata, sempervirentia, sapore aromatico. Fl. terminal. paniculati. Cor. alba. Bacca magnitudine Pisi, rubra, intus farinacea, pulposa, alba.

163. RHACOMA. Cal. 4-part. Cor. 4-part. Caps. (subrotunda) 1-locul. 1-sperma.

1. *Crossopetalum*. R. *Syst. veg. ed. 14.*

Crossopetalum. Brown. Jam. tab. 17. f. 1.

In Jamaica ʒ.

Suffrutex ramis dichotom. pubescentibus. Fol. opposita, subpetiol. ovata, mucronata, tenuissime acute serrata, subpubesc. Pedunc. axillar. filiform. pilosi. Umbella composita, 2-4-chotoma. Pedicelli capillar. Involuc. minima.

164. OTHE-RA. Cal. 4-part. Petala 4. ovata, plana. Stigma sessile. Capsula?

1. *japonica*. O. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. Jap.*

In Japonia ʒ.

Caul. fruticosus. Rami teretes, striati, purpur. Fol. sesquipollic. alterna, petiolat. ovata, obtusa, patentia, coriacea, integra, glabra. Fl. axillar. adgregati, pedunculat. Cor. alba.

165. ORIXA. Cal. 4-part. Petala 4. lanceol. plana. Stigma capitatum. Capsula?

1. *japonica*. O. *Syst. veg. ed. 14. Thumb. Jap.*

In Japonia ʒ.

Caul. erectus, orgyal. frutescens, flexuosus, ramosus. Rami alterni, glabri, ultimi villosi. Fol. semipollic. alterna, petiolat. ovata, integra, supra viridia, subtus pallida, villosa, præcipue iuniora. Fl. racemosi, racemis pollicar. alternis. Cor. virescens. Bract. sub pedicellis concavæ. Pedunc. & pedicelli villosi.

166. CEN- Cal. 4-fid. (patens). Cor. rotata, 4-fid. Stam.
TUNCULUS. brevia. Caps. rotund. 1-locul. circumscissa.

1. *minimus*. C. Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 177. optima.
Ephem. cur. Cent. VI. tab. 10. f. 31.

Anagallidiastrum &c. Mich. gen. tab. 18.

Anagallis &c. Vaill. paris. tab. 4. f. 2.

Alfina &c. Mentz. tab. 4. f. 5.

In Italia &c. arenosis subudis ☉.

Caul. procumb. uncial. herbaceus, ramosus. Fol.
alterna, parva, simplicia, lanceol. caulina
inferiora opposita, sessilia, serpyllifolia. Flos
axill. sessilis, albus, fugax, vix conspicuus.

167. SANGUISORBA. Cal. (brevis) 2-phyll. (Cor. 4-part.
plana). Germen inter cal. & cor. Fruct. 2-
locul. Fol. impari-pinn. Fl. spicati.

1. *officinalis*. S. spicis ovatis. Syst. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab.
97. Ludw. eccl. tab. 94. Sabb. hort. rom. 2. tab. 70.

In Europæ pratis siccis ♀.

Planta glabra. Caul. 3-pedal. herbac. subramosus.
Fol. petiolat. Foliol. ad 6-ang. cordato-ova-
ta, acute serrata, firma, sicca. Pet. iuniora
alba; adulta col. sanguinei obscuri.

2. *media*. S. spicis cylindricis. Syst. veg. ed. 14. Zan. tab.
138. ? Moris. hist. 3. f. 8. tab. 18. f. 2.

In Canada ♀.

Spicæ, & stam. longiora quam in priore.

3. *canadensis*. S. spicis longissimis. Syst. veg. ed. 14. Zann. tab.
137. Knorr. del. hort. 1. tab. P. 5. Moris. hist.
3. f. 8. tab. 18. f. 12. Barr. rar. tab. 739.

In Canada, Sibiria ♀.

Caul. 4-ped. Fol. lata basi amplexicaul. glabra.
Fl. pulli.

auriculata. S. Scop. Fl. Carn. ed. 2.

Pimpinella &c. Bocc. Mus. tab. 7.

In Carniola &c. ♀.

Ad Poterii genus spectat.

Caul. 2-ped. ramosus, glaber. Fol. oblong. den-
tata, glabra, supra nitida, subtus pallidiora.
Ad basin petioli fol. sessile, ovatum, denticu-
lat. Spicæ cylindricæ, rubræ.

168. CISSUS. Bacca (rotunda) 1-sperm. cincta calyc. corollaq.
4-part. (Sem. osseum).

Sp. omnes Salanthi Forsk. huc pertinent, monente
Vahl.

1. *vitiginea*. C. fol. cordatis, sub 5-lobis, tomentosis. *Syst. veg. ed. 14.*
Arbuscula &c. Pluk. mant. tab. 337. f. 2.
In India h.
Arbusc. habitu Vitis. Fol. alterna, petiolat. Caul. tomentosus. Umbel. axillar. prolifera. Bacca nitens, argentea.
2. *cordifolia*. C. fol. cordatis, integerr. *Syst. veg. ed. 14.*
Sahelanthus rotundifol. Forsk. ic. rerum natural. tab. 4.
Vitis &c. Plum. Amer. ic. 159. f. 3.
In America U.
Fol. cordato-orbiculata. Racemi corymbosi.
3. *Sicyoides*. C. fol. subcordat. nudis, fetaceo-ferratis: ramulis teretibus. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Amer. tab. 15. ed. 2. picta tab. 20.*
Vitis &c. Plum. ic. 259. f. 2.
Funis crepitans. Rumph. amb. 5. tab. 164. f. 1.
Schonumpi-valli. Hort. Mal. 7. tab. 11.
Irisola &c. Brow. Jam. tab. 4. f. 1. 2.
Bryonia &c. Sloan. Jam. tab. 144. f. 1.
In Jamaica U.
Habitus singularis, scandens. Caul. lignosi. Fol. 3-4-pollic-semiped. alterna, petiol. subdisticha, nitida. Umbellæ lateral. compositæ, alternæ. Involuc. minimum, multidentat. Fl. multi, parvi, inodori, rubri, flavi, virides. Baccae Pisi magnitudine, succulentæ, nigræ, nitidæ.
4. *quadrangularis*. C. fol. (cordatis) carnosis, ferrato-dentat. caul. 4-gono, tumidiusc. *Syst. veg. ed. 14.*
Sælanthus tetragonus. Forsk. ic. rerum &c. tab. 3.
Funis quadrangular. Rumph. amb. 5. tab. 44. f. 2.
In Arabia, India U.
Radix tuberosa. Caul. scandens, longiss. carnosus, lævis, perennis. Fol. alterna, petiolat. subhastata, argute, remoteq. ferrata, utrimque glabra. Cirrhi oppositifolii.
5. *acida*. C. fol. ternatis, obovatis, incis, carnosis, glabris. *Syst. veg. ed. 14.*
Bryonia &c. Rumph. amb. 5. tab. 66. f. 2. Sloan. Jam. 1. tab. 142. f. 6.
Bryonioides &c. Pluk. alm. tab. 152. f. 2.
Vitis &c. Plum. sp. tab. 259. f. 5.
In America U.
Caul. scandens, lignosus, ramosiss. cirrhifer. Fol.

alterna. Foliol. acuta, glabra. Umbellulæ ut in *C. Sycioide*.

6. *trifoliata*. *C.* fol. ternatis, subrotundis, subdent. hirsutis: ramis membranaceo-angulatis. *Syst. veg. ed. 14. Jacq. Amer. tab. 182. f. 10. ed. 2. picta tab. 259. f. 8.*

Bryonia &c. *Sloan. Jam. hist. 1. tab. 144. f. 2. In Jamaica* ♀.

Scandit, superatque altiss. arbores. Caul. lignosi, cirrhiferi. Fol. alterna: foliol. acuta; medium ovatum; lateral. semicordata, latere interno ad basin oblitterato. Umbell. & fl. ut in *C. Sycioide*, sed omnia paulo maiora. Flos ruber. Fruct. maturus niger.

arborea.

C. fol. oblongis, integris, crassis. *Forsk. Æg. In Arabia* ♀.

Arbor ramis debilibus recurvis. Fol. opposita, petiol. oblong-acuta, glabra. Pedunc. terminal. brachiatim paniculati. Fl. sessil. Cor. revoluta, viridis, laciniis ovalibus, semimarcidis. Bacca Piso maior, sessil. flava, vel nigra, basi cincta cal. & cor. marcida; edulis.

169. EPIME. Nectaria 4. cyathiform. petalis incumbentia. Cal. DIUM. caducus, 4-phyll. Cor. 4-pet. Capsula acuminata, 1-locul. 2-valv. polysper.

1. *alpinum*. *E. Syst. veg. ed. 14. Lob. Hist. 176.*

In alpium, & collium umbrosis. ♀.

Caul. cubital. in ternos furculos divisus, fuscus, pallidus. Fol. longe petiolat. fastigiata, tri-ternata. Foliol. cordiform. dentata, sature virent. glabra, venosa, rigida. Fl. purpuro-flavi, variegati, emarginati.

170. CORNUS. Involuc. 4-phyll. sæpius (Cal. minim. 4-dentat.). Petal. 4. supera. Drupa (umbilic.) nucleo 2-locul.

1. *florida*. *C.* arborea; involucr. maximo, foliol. obcordat. *Syst. veg. ed. 14. Catesb. carol. tab. 27. Pluk. alm. tab. 20. f. 3. phyt. tab. 26. f. 3.*

In Virginiae sylvis ♀.

